enim Græci multa dicunt, quæ nos per  
coniunctiuum dicimus. Cuius rei com-  
plura exempla vide in Comment. Bu-  
dæi.

*ὡ κατὰρατι καὶ γραμματοκύφω.* ] γραμματο-  
κύφωνα vocat Aeschinem contumeliosè,  
quoniam scriba erat, αὐτὸ τὸ *ἐν τῶ *γράφειν** κε-  
κύφωτα.

δικηνας

δικαίως μὲν τ' αὐτὸν ἀπέθανον.] Atqui si hoc commissem, iurè ab ipsis morte affectus fuisset. μὲν τ' αὐτὸν ex μὲν τοι καὶ αὐτὸν compositum est.

τὸ δὲ οὐδὲ κεφάλαιον.] id est, summa autem hæc est, vel, quod autem summam dici potest, ut ad summam autem dicam. κεφάλαιον pro firmamento & capite causæ ponitur. & quod Latinè in summa, & ad summam dicimus, Græci ἐν κεφαλῆσιν, καὶ ἐν κεφαλῆσιν, κεφαλῆσιν, τὸ ἢ κεφάλαιον, dicunt.

πῶς ἔστι δὲ φησὶ ποιεῖ μᾶλλον εἰ ἐδὲ ὅσα.] Id est, quæ fieri potest, ut nō ipse indigno, facto se alliget, atq. aded nefario? ἀδόσιον. n. cum dicebat, & ἔχ' ὅσον, significabant impiū, nefarium, scelestum, sicut ἐστὶν ὅσον, sanctum, ἀγνόν, καὶ ἀγαθὴ καὶ καθαρόν, innocentem, & nullo scelere contaminatum.

ἐκοῦν ἡμεῖς μὲν ἐν θυσιῶσιν ἡμεῖς τὸ τε θησαῖοι ἢ ἐν τῶσιν, &c.] Proinde nos tū in sacrificiis eram⁹ toti atque in supplicationib⁹. Thebani aut in eo, ut scelerē a vobis servatos ducerent & agnoscerēt. adeoq. res in cōtrarium circumactæ sunt, ut qui ex istorū reb. gestis eō redacti erant, alieni ut præsidij egētes esse viderentur, iidem ipsi ut aliis suppetias vltro mitterent, ex quo utiq. auscultare consiliis meis cœpistis. Vbi observādū quod ἀφ' ὧν ἐφορετῶν εἶποι dixit, idē esse quod ἔχ' τὰ τούτοις περὶ μὲν. Et, ἔχ' ὧν ἐπαίθητό μοι, τὸ, τούτων εἴνεκα ὧν τυγχάνει μοι περὶ μὲν. Cæterū de particulis αἰθ' ὧν, ἔχ' ὧν, ἀφ' ὧν, ἐν οἷσιν, ἐφ' οἷσιν, &c. quia hic plura dicere nullus est locus, & copiosè de his Bud. in Comment. differuit, eō studiosiùs relegamus.

τῷ πόλεων ὑπηγερῶν ὑπὸ τούτων.] Impulsis & productis, siue prouectis. ita enim dicitur ἐπὶ τῶν αἰτῶν τῶν πολεῶν procedo. Vide Comment. Budæi.

ὑπὸ γένοιτο γὰρ αὐτῷ ἐκείνους εἰ αὐτὰ ἄμα μὲν ῥα-  
σάντων, ἄμα ἢ εἴη γήροιο ἀναφορῶν.] Relinquebat sibi vnusquisq. simul fungēdi officij facilitatē, simul si quid secus accidisset. criminis relationem. ἀναφορῶν relatio criminis est, & ἀναφορῶν τὸ ἀπὸ ἄλλου, referre & reicere crimē in aliū, ut solēt qui excusant. Aliter tamē accipitur pauld̄ inferi⁹, ὅτι τὸ μὲν ἐστὶ ἀνελεκεῖν ἐπ' ἐκείνους ἢ τὰς τὴν δικαστηρίων γνώσας, ἢ τὸ, τῶν αὐτῶν ἐκείνων μὴ κατηγορηθέντων τῶν ταῦτα γε αὐτῶν ἀπερὸς τῶν νυνί, καὶ τὸ, τοῖς νόμοις μηκέτι εἶναι ὡς τῶν ἐστὼν παραχθέντων κατηγορεῖν, nempe quod huic aduersus illos, & aduersus iudiciorū cognitiones recusare criminationē multipliciter licet. Primū enim dicet præiudicia in illorum absolute facta, deinde quod huic non licet accusare Ctesiphōtem, qui prius illis negocium nullum exhibuerit, qui eadem tum tulerunt, quæ hic nūc tulit, & quod legibus nō

liceat iam huiuscemodi res criminari. hic ἀναφορῶν pro recusare ponitur, hoc est, exceptione crimen summonere & reicere.

πάντα τὸν πόλεμον.] Toto tempore belli. Ita Græci accusatiuis vtuntur, non significantibus temporis spacium.

πάντα γὰρ τὰ τῶν πόλεων ἔχ' ὅσον τὰ τῶν ἡλι-  
νων ἀναφορῶν.] Quod est apud Isocratem οὐδὲ τὰ τῶν πόλεων ἔχ' ὅσον. pro eo quod est, non in his positū est rerū momentū, non hæc ad rem magnopere pertinent, Demosthenes hic pleno sermone dixit. Cicero in Oratore ita vertit, Itaque se purgans Demosthenes, negat in eo positas esse fortunas Græciæ. Tale est illud Luciani in tertio: Nō πόδερα rerum, nō momēta sumus. quod autem mox sequitur, ἀλλὰ μὴ τὸ δὲ διχέχθω ἐγὼ, notandum ἀλλὰ μὴ interrogatiuū pro nūquid igitur? sed nunquid? poni, quæ admodū ἀρᾶ μὴ. Cū verò non est interrogatiuū, ut hoc loco, pro non autem, non item sic non potius, sicut etiam ἀλλ' οὐ, καὶ ἀλλ' οὐχ'.

αὐτὸς αὐτοκράτωρ τῷ εἰς τὸν πόλεμον, ὁ μέγιστον ἔστιν ἀπάντων.] αὐτοκράτωρ est, qui liberā habet plenāmq. rei cōstituendæ potestatem. Vnde αὐτοκράτορες φησὶ βίαις apud Plutarchum. Vide Comment. Budæi.

πολλὰ δὲ ἐγένετο ποικίλα δι' ἡμεῶν τύχη  
πολεῶσιν.] Multa. n. huiuscemodi variis ex occasionibus fiebat. Vbi notanda dicendi formula, ὅπως ἔτυχε, quod temerè est, & sine iudicio, ut idem alibi, κατεσκεύασεν αὐτοῖς νομοθετεῖν ὅταν τις βούληται, καὶ ὅτι αὐτῶν τύχη ἔσται, prout fortuna tulerit, prout euenerit. Ita in hac etiā suprā, οὐδὲ γὰρ ὧν ἐτυχεν ἡμεῖς, ἀλλ' οἷς ὁ δῆμος καταεῖ. Neq. verò vnus erat quorūlibet hominum, sed ex eorum numero, quos populus deuouere solet, dirisq. execrationibus prosequi. Idem alibi. ἢ δὲ ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γεράματα ἔσται. At enim ipsæ literæ obscuro quodam loco, temerè que posite sunt, &c.

αὐτοκράτωρ πύθιος.] Aeschinē Tragicā simiam vocat, quod cum esset nequissimus, splēdidis verbis probū ciuem ageret. Eracl.

εἰ τὸ ἢ τὸ ἐποίησεν αἰθερῶσιν οὐ τοσί.] τὸ ἢ dixit ἀπὸ τῶν καὶ τῶν. quemadmodum & τὸν ἀπὸ τὸνδε ponunt. Lyf. νυνὶ δὲ ἀπέπον ἔστι. καὶ ὅμως ἀκούσαί μου καὶ μοι κάλει τὸν καὶ τὸν, hoc est, τὸνδε καὶ τὸνδε, hunc & illum.

οὐδὲ τὸν οὐδὲ τὸνδε (εἰ ταύτην γενομένης, ἐφ' ἣ ἔσται ἡν σὲ ὡς κατὰ ἔλεος ἀποσῆκεν.) ἐν οὐδὲ τὸνδε παρ' ἐμοὶ γενομένην ὁρῶσθε τῆ πόλεως. οὐ τοσί ἢ λογίζεσθαι.] Est in hisce verbis σολομοφανές, id est, solocismi similitudinem præ se ferens. A secūda enim persona singularis numeri ad secundam pluralis transiit. Sed illa verba εἰ ταύτην, & reliqua, per apostrophen à persona iudicū ad Aeschinē dicta sunt per pa-

renthesim. Est etiam apud eundem paren-  
thesis, sed *παρήγεστα κὲ εἰσφρονή*, huiuscemo-  
di infra in eadē hac Oratione, ἀγαθὴ ἢ (οὐχ  
ὄρα) τύχη συμβεβηκώς, ἢ ἐμῆς ὡς φάλης κατη-  
γορεῖς. Egregiā verò tutē credo fortunā ade-  
ptus, meā fortunā vt calamitosam accusas.  
vel, bona tu ipse sc. fortuna vitā hactenus  
egisti, qui meā vt despiciadā exprobres. Sic  
quædā sūmi Oratores ἐ vulgi sermone in  
scripta sua politissima trāsferenda esse du-  
xerūt, quæ quidē populari esse vellēt: quale  
etiā apud Latinos est, quoad eius fieri po-  
test, & in presentiarū, quo & Tacit⁹, & Vi-  
pianus vsi sunt post M. Catonē. Idē Demo-  
sthenes supra, πάντῳ γὰρ ὡς φησὶ τὸ (οὐχ ὄρα) γέ-  
ρονε τὰ τῶν ἑλλενῶν περὶ γυμνασια, εἰ τοῦτὶ τὸ ῥήμα  
ἀλλὰ μὴ τοῦτὶ διχρήσθην, ἔρα, &c.

*πολλὰ γὰρ εἶναι μὲν τοῖνυν ἀπὸ τοῦ ἴσου τῶν ἀγνωμοσύνην  
αὐτῶν.* Id est, improbātem. sic ἀγνώμων κρι-  
τής, iniquus iudex est Xenophonti.

*τί μὲν ἄριστοι τῶν πάντων ἀθροῦσιν τύχῃ ἢ νου  
ἐπέχει.* Id est, τὰ πάντα κρατεῖσθαι, τῶν πάντων  
κατηγύεσθαι, qua homines feruntur & agun-  
tur. Est enim ἐπέχω τὸ κρατῶ, obtineo pro  
potestate, & regio imperio.

*τὸ ἢ περὶ εὐδαιμονίας, κὲ μὴ πάνθ' ὡς ἰβηλομῆθ' ὁμῶν  
συμβῶμαι, &c.* Quod autem nostra ciuitas  
alioqui felix in paucis inceptis offendit,  
nec omnia nobis ex animi sententia suc-  
cesserunt, in eo ego verò ratam quandam  
partem, ad vosque pertinentem tulisse e-  
xistimo communis aliorum mortalium  
fortunæ. vbi τὸ ἐπιβάλλον μέρος dixit pro eo  
quod est, τὸ κατὰ κοινὸν μέρος. ἐπιβάλλον enim τὸ  
διεφέρεται καὶ περὶ σήκω, vt ἐπιβάλλῃ μοι τὸ δεῖ  
περὶ γυμνασια, pertinet ad me.

*ὡς ἐμαυτῶ δοκέω τομίζω ἢ ἔμῃν σκευδοκῶν.* Vt mihi ipse videor. existimo autem & vo-  
bis quoq. me videri rectē id reputare, cen-  
setique δοκῶν. n. dicitur, quod inter multos  
conuenit, & communiter placet. Isocrat.  
ὡδὲ οὐ πολλοῖς τῶν ἑλλενῶν σκευδοκῶν, quod cō-  
stat inter multos, de quo conuenit.

*καὶ μου περὶ δῖος ἔδεων, μηδεμίαν ψυχρότητα  
καταγνώ μηδεῖς.* Me per deos immortales  
nullus ineptum esse iudicet, nullus ita hoc  
quod dicturus sum excipiat, vt frigidum &  
absurdum. id. n. ψυχρὸν καὶ ψυχρότης dicitur,  
quemadmodum Latinis frigus & frigidū,  
id est, absurdum, nec plausu excipiendum,  
cui facetum & plausibile opponitur. hinc  
ψυχρολόγοι, qui ineptis & futilibus, & absur-  
dis verbis vtī solent, & ψυχρολογία, frigida  
verba, ineptaque & scurrilia fundere. Ob-  
seruandus verò & hic dicendi modus, κα-  
ταγνώσκω σου τὸ δεῖ, hoc de te, iudico & exi-  
stimo. ex quo fit vt & sic dicant, καταγνώ-  
σκω σου ἀμάθειαν, ἢ κακίαν, ἢ φθόνον, & similia,  
pro iudicio imperitum, &c.

*χορηγίαν εἰσφορῆν, εἰσφέρειν.* Id est, in publi-  
cum pro modo census conferre. id enim  
εἰσφέρειν significat, tributum pendo, quod  
Plinius in Panegyri. Græcorum more in-  
ferre tributum dixit. Plutarchus, ὡς ἐμνήσθη  
τὸν δῆμον εἰσφέρειν, ita vt populus tributum  
pendere desierit. & εἰσφορὰ tributum &  
collatio. Dicitur tamen & de priuata be-  
nignitate, & de annuis aut mensuris pri-  
uatim hominibus collatis. Idem Demo-  
sthenes in eadem hac, τὰ, πόποτε τῶν ἀθη-  
ναίων εἰσφέρειν, ἢ τίνα δὲ πεποιήσας;

*ἔφυγον κακόν, δὲ εὐν ἀμείνον.* Aeschini obiit-  
cit, quod noctu ministrans initiandis, ab-  
sterfo luto iussit eos dicere, ἔφυγον κακόν, δὲ  
εὐν ἀμείνον, id est, euasi mala, sum nactus me-  
liora. Significat autem ab iis dici solere,  
qui initiabantur, cum peractis iniuriis,  
quibus agitabatur ante mysteria, iam ad  
honorem initiationis admitterentur. Eras.

*καὶ κίττοφόν.* κίττοφόν, id est, Piciferum  
dicit Aeschinem ab aniculis cōpellatum,  
quemadmodum & λικνοφόν, quod picas  
& vānos capite baiularet. Nam his in my-  
steriis Bacchanalibus utebatur, quod ea a-  
uis sacra sit Baccho, & Vannus in omnib.  
mysteriis adhibebatur. Vnde Vergil. Et  
mystica Vānus Iacchi. quadrat in hominē  
infimum, & despiciatissimæ sortis. Eras.

*ἐπιφθῶ δὲ εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφης ὅπως  
δύπετε.* Hoc est, καθ' οἶον δὴ πᾶσι φόπον, quouis  
modo, quomodocunque. Dicitur & ὅπως  
αὐτοῖς, & ὅπως δηποτοῦσθαι, & ὅπως οὐδ', & ὅπως  
εἶναι, & ὅπως δὴ ποτε, & ὅπως πᾶν, & ὅπως  
αὐτῶν, ὅπως οὐδ', &c. De quibus omnibus & aliis copiosè in  
Comment. Bud.

*οὐ κατὰ χυνας μὰ δὲ εἰδὲν τὸν ἀπὸ πηλῶν τῶν  
καὶ τῶν βίω.* Id est, nihil dedecorasti corū  
quæ tibi antea cōtigerāt, quæ anterior for-  
tuna tua tulerat. hoc est, τῶν περὶ παρξάντων  
σοι, vel, περὶ παρξάντων σοι.

*ἀλλὰ γὰρ παρξάνων τῶν πενίαν ἀπάσαις ἀπὸ  
καὶ τῶν βίω.* Id est, nihil dedecorasti corū  
quæ tibi antea cōtigerāt, quæ anterior for-  
tuna tua tulerat. hoc est, τῶν περὶ παρξάντων  
σοι, vel, περὶ παρξάντων σοι.  
*ἀλλὰ γὰρ παρξάνων τῶν πενίαν ἀπάσαις ἀπὸ  
καὶ τῶν βίω.* Id est, nihil dedecorasti corū  
quæ tibi antea cōtigerāt, quæ anterior for-  
tuna tua tulerat. hoc est, τῶν περὶ παρξάντων  
σοι, vel, περὶ παρξάντων σοι.  
Verū enim verò, cum hæc mihi præter-  
mittēda esse cēseā, quorū paupertas tua de  
precarī crimē quorūdā opinione posset, ad  
propria iam crimina mētis tuæ, morūmq.  
tuorum veniā. Hic ἀλλὰ γὰρ simpliciter pro  
sed. n. ponitur. Interdū autem ipsum ἀλλὰ  
vicissim percundationi & respōsioni ser-  
uit, vt in hac eadem supra, πὶ γὰρ κὲ βελούρο  
μετεπέμπεσθ' ἀπὸ αὐτοῖς ἐν τούτῳ τῶν καμῶν, ὅτι πῶ  
εἰρήνω; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἀπασιν, ἀλλ' ὅτι τὸ πέλειον;  
ἀλλ' αὐτοὶ ὡδὲ εἰρήνης ἐβελούρο. id est, quā  
tandem ob causam eos euocaretis? at  
pax iam erat omnibus an ad bellum po-  
tius? at ipsi de pace in consilium iam iba-  
tis. Hoc ita Cicero expressit in Ver-  
rem: Cognitorem ascribit Sthenio, quem,  
cognatum

cognatum aliquem aut propinquum: non, Thermitatú aliqué honestum hominē ac nobilē: ne id quidem. ad Siculú, in quo aliquis splendor, dignitasq. esset? minimè, &c.

λαγὼ βίον ἐξ ἑστέ δίδως κὶ ξέμων κὶ ἀειπληθήσας ποροδοκῶν.] Id est, leporis viuebas vitá, timens ac tremens, ac semper expectás vt vapulares. Prouerbiū est, de quo Eras.

ἐφ' οἷς ἀσπίς σωήδης ἀδικεῖν.] Ob conscientiam scelerum. Dicunt enim σὺ οἶδα ἔμαυτὸς ἀπυθό δ' ἔγωγε. quod Fab. imitatus est in tertio de instit. Or. Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulanti.

ἐξέπιπες.] Explodebaris. ἐκπίπτω ἀπὸ τῆς ἐμβάλλομαι, eicior, expellor. Idem alibi, ἀπὸ τῆς ἐργῶν τούτων ὑπὸ τῆς λακεδαίμονίων ἐξέπασσον, eiecti sunt.

πονηρὸν ὄντα πολίτην κὶ ποροδοκῶν κὶ ξιταγωνιστήν.] Notádum δευτερογωνιστῆς, scenicos; siue histriones dictos, qui secundas partes agebát, ξιταγωνιστῆς verò, qui tertias & vltimas. id quod probrosè Demosth. Aeschini obiicit. Vtráq. verò hac voce, & verbo etiam ξιταγωνιστῆς, & δευτερογωνιστῆς alibi vitur, vt in Oratione περὶ τῆς ἰσοκράτους. Et in hac περὶ τῆς ἐξοικιστικῆς, ἐξ ἧς ἐδιδάσκω.

κὶ ταῦτα εἰδώς, ὅτι κὶ εἰ μὴ ὄλον, μέγας γε ὄπιβάλλει τοῖς βλασφημίας ἀπάσι, κὶ μάλιστ' σοι.] Præsertim cum scias huius tuę maledicentia, si non summam, saltem partem quandam ad vniuersos pertinere, ad te quoque in primis. Quod dixit μέγας γε, Cicero diceret, partem certè quandam. De γα autem particula vide Comment. Bud.

πῶς οὐκ ἀδικεῖς, κὶ διὰ ποιῆς, &c.] Id est, Nónne tu improbus es? Ita. n. Græci per hęc particulam quibusdam interrogationibus vtuntur, quæ non perinde Latinis vsitatae sunt. Idem, πῶς ἐν ἀγροῦν ὃ ἀδρεῖς ἀθλιώτοι. Et rursus, πῶς κὶ εἰ: quis. n. inficias ire potest? Plinius in epistolis: Constante inquis, & fortiter, quidni: ἀσπιθμῶς φαῖης ἀσὺ γὰρ κὶ ἀσπείρας. πῶς γὰρ οὐ; Horat. Qui nescit versus, tamen audet fingere, quidni? Idem Demosth. supra in hac eadem, οὐκ ἔδοξεν. πῶς γὰρ; qui enim fieri posset?

ἐν οἷς τῆς ὄλων τι κινδυνώει τῆ πόλει.] Cum ab aliquo periculum impendet, quæ ad summam rerum pertinent. Ita enim κινδυνώομαι dicitur, vt κινδυνώω, non eadem tamen significatione. Idem, δι' ὧν τὰ μέγιστα κινδυνώεται τῆ πόλει.

οὐκ ἔπι τῆς αὐτῆς ὀρμῆς τοῖς πολλοῖς.] Id est, non eadem ancora nititur qua vulgus hominum. significans illum nouis, minimèque vulgaribus præiudiciis niti. Suid. admonet esse prouerbiū, & subaudiendum ancoram. Eras. Vide prouerbiū, Duabus ancoris fultus. Item, Non vulgari ancora.

μηδὲν εἶναι σοὶ καὶ φιλιπποῦ παρῶμα.] Id est, nihil te Philippi gratia dicere, cum quo nihil esset negocij, a quo nihil sperares. dicitur & οὐδὲν ἔστι μοι παρῶμα πρὸς σε, nihil est mihi tecum negocij. Idem, ὡς πρὸς οὐκ μηδὲν ἔστι σοὶ παρῶμα λυπεῖσθαι, &c.

ἐπεὶ ἐμοί' εἰ τὸ δοθεῖν παρ' ὑμῶν.] Quòd si mihi à vobis hoc daretur, vt vos mea causa vsq. ad eò restitissetis imperio, in Græcorú perniciè crescenti. vel, quippe si mihi hoc tribueretur. Ita. n. hic verti potest π' ἐπεὶ. Sic Cic. in 3. Tuscul. Quòd si tales nos natura genuisset, vt eá ipsa intueri & perspicere: & reliqua. ἐπεὶ εἰ οὕτως ὑμῶς ἡ φύσις ἔφυε.

αἰθεροποὶ μαροὶ κὶ κόλακες κὶ ἀλάστορες, &c.] De proditorib. patriæ loquēs, ἀλάστορες vocat, hoc est, depopulatores, pestes, & interneciones. Sic. n. dicitur ἀλάστορ, vt ἀλιτήριος. Athen. lib. 12. Διονύσιος ὁ Διονυσίου, ἀπίσσης γερύμμος σιχρία ἀλάστορ, hoc est, perniciēs, pestis, internecio, populator totius Siciliae. Sequitur autem, ἡκεροπειασμοὶ τὰς ἐαυτῶν ἡμεσοὶ παρῆιδας, id est, imperij & finiu patriæ circūcisores, qui laceram patriam & mutilam flagitiosa prodicione reddiderunt. ἀπὸ τῆς ἡκεροπειασμοῦ. Est enim ἀκεροπειάζειν ἢ ἀκεροπειάζειν, τὰ ἀκερὰ τέμνειν.

Ἐ μείζων δὲ παρῆιδων τῆ κατ' ἔμαυτὸν ἀδρόπων ποροδοκῶν.] Id est, curæ & administrationi præfectus, & summá curá habens & potestatem: ποροδοκῶν τὸ ἔμαυτὸν, ἵσταμαι κὶ βοηθῶ τοῖς ὀπίσθεν.

εἰ γὰρ λίθοις ἐτέγγετ' ἡ πόλιν.] Neque ex hoc maximè ceteri me veli inter ea quę ego in publicú cõtuli. Neq. hoc nomine maximè ceteri me de republica meritum volo, vt quidem sunt reliquę meę actiones. neq. eo nomine in primis mihi placeo. Hoc imitari eadē loquēdi forma Latini nõ possūt.

ταῦτα παρῆιδων ἐγὼ πρὸς τὴν ἀττικῆς.] His ego propugnaculis circūmuniui Atticú agrú. παρῆιδων propugnaculum oppono, velamentú & integumētú obtédo & circúdo. Vnde παρῆιδων, ὁ ἀπὸ τῆς παρῆιδου ἵσταίμμος, propugnator, protector, &c.

μειδῶσαντα δὲ ἀπὸν τοῖς ἐπαρτοῖς, τοῖς ἑσπέρων κερσῆ, ἀπὸ τῆς παρῆιδος δευτερογενῆ.] Seruire temporib. hostium & occasionib. gerendæ rei contra patriam, quod proditoris est facinus. Quid porro sit seruire, & quàm variè Græci dicant seruire temporì, vide in Comment. Budæi.

Ἐ περωνασηκῶς, Ἐ σωφρογῶς ῥήματα Ἐ λόγους, τῆτοις σωεῖρη σαφῶς κὶ ἀπνδῶσι.] σωεῖρη τοῖς λόγους, est continuare sermonē, oratione continua vti. De iis dicitur qui facundè & expeditè loquuntur. Et σωεῖρη ἀπνδῶσι περὶ ὁδοῦ, inquit Xenophó: quod Quintilian' lib. secundo cōnectere dixit, & alibi

continuare verba vocat, Cicero autem declamare appellat, in Oratione pro Planco, & Roscio Amerino.

ἐφ' οἷς ἤνυσεν ἢ ἔμελλον ἴσμεν. Id est, propter legē quam abrogasti, de ἐφ' οἷς autē particula, & similibus, alibi dictum est.

ἐν τῷ πνεύματι καὶ τῷ πάθει λαμπερός. ] νεανίας pro audaci & strenui spiritus homine acriq. posuit: quemadmodum & νεανίδιμος, ὁ ἀδριστεύς, audax facinus, iactantia, & egregium, strenuumq; factū dicitur. Quod autem sequitur, λέγειν ἀεὶ εἰπεῖν ἢ καὶ τῶν δέοι, cū oporteret, vel oportebat: notandum quod ὁ ἀδριστεύς, plerunq. quidem cū subiunctiuo construitur, vt, ὅτι ἀπὸ λέγειν. ὅσω ἀπὸ δὲ φέρειν. Interdum verò & optatiuo, sed tū demum, cū res preterita narratur. Sic supra in secunda καὶ φιλίππου, ἐκλάζον δ' ἔπει καὶ ἐπιωρεῖν τοῦ ἀπὸ ἀφαινοῦτο δωροδοκεῖται. Id quod etiam in ἐὰν & ἀπὸ τῆς λέξεως obseruatum inuenimus. δὲ τὸ περιφρονεῖν ὅτι σωδίσμων τῶν ῥήμασι. vt supra in eadem hac περὶ στρατῶν, ὡς ἐὰν περὶ τῶν πρὸς τῆς εἰποῖ τὰ περὶ τῶν ἐαυτῶν, καὶ δὴ ταῦθ' ἔπος ἔχοντα. (Sic enim per optatiuum in omnibus libris legitur, & manuscriptis & typographicis) quasi verò si quis ea probra quibus ipse præditus est, alteri ipse prior obiecerit, vel prior, occupasset alteri obicere, vel, de altero dicere occupasset, quæ sibi inesse vitia nosset, continuò ita futurum sit, vt alteri insint ipsa, nec qui hæc audiuerint non ipsi æstimaturi sint, quinam homo ille sit, qui hæc protulerit. Vbi figura Attica, accusatiuo, pro genitiuo vsus est, &c. Notandum etiam quod καὶ δὴ hoc loco dixit pro continuò & protinus, hoc est, ideo. Est autem ἀπίπιστος, ἀπὸ τῶν καὶ δὴ δὲ δὲ τῶν οὐτως ἔχοντων.

Ἐσχατὸς θεοκρίτης. ] Aeschinem tragicum Theocrinē vocat. Fuit autē in primus Tragediarū actor, deinde calūniator & sycophāta. Vtitur & Hieronym⁹ in epist. ad Furia, de Viduitate: Vbi cūq. viderēt Christianū, statū illud de triuio Ἐσχατὸς θεοκρίτης. Eras.

ἐπὶ τοῖς κατὰ κράτος τῶν ἐπιεικῶν θηρία μοι προσβαλλόντων, ἡ δαίμων παρέδωκεν ἐγὼ δ' εἰς ὑμῶν δόνοιαν. ] Ne tū quidē cū istos calumniatores sceleratissimos homines, tāquā feras in me bestias protruderent & adurgerent, charitatē ciuile patriamq. destitui aut prodidi. προσβαλλόντων πρὸς ἐτέρω, est incitare in eū & irritare, stimulare & impellere, vt hoc loco, vnde προσβολή impressio ruētis aciei, impetūsq; militū cuneatim incurrentium.

μηδὲν ὡς πάντες θεοὶ, μηδὲν ταῦθ' ὑμῶν ἔπινοήσατε. ] Videte per deos immortales, videte inquam, ne sic annuatis, vel dii prohibeant. Est enim ἀπειροπόνητον, τὸ μηδὲν εἶναι. Synops. μηδὲν ὡς πάντων ἐμοὶ προσφιλέστατε. Ab-

fit, vt hoc facias, vir mihi amicissime. Vide Comment. Bud.

φθόνος δίκην εἰσαγωγῶν, ἢ ἀδικήματος ἕνεκα. ] Id est, sola inuidia impulsus, nullius criminis reum in iudicium protrahens, vel, neque te pudet iudicium nunc mihi dictare atque constituere, non criminis alicuius, sed liuoris & inuidiæ. Non enim ob indignitatem rerū malè gestarū, aut rogationis contrā quā dicebat perlatæ, sed ob inuidiā coronæ Demostheni præconio delatæ stimulabatur. Dicitur itaq. εἰσαγωγῶν ἢ δίκην ἢ γραφῶν, pro eo quod est iudiciū rei constituere, vt Cicero loquitur, & rei actionem dare, vel litē intēdere, dictare iudiciū, quæ admodū & λαγχάνειν δίκην, de quo tamen alibi, & δίκην ἐπάγειν, litem vel crimen, vel dicam impingere, & diem dicere, hoc est, deferre, postulare criminis, vt in hac eadē, εἰσαγωγίαν ἐπαγόντων μοι dixit. & alibi, ἐπάγειν ἀπίαν ψεῦδος, falsum crimen intēdere. Porro εἰσαγωγίαν esse aiunt de rebus perperam factis, γραφῶν de legibus perperam latis. Vnde in eadē hac supra, οὐκ οὐδὲ ἐν ἡμῶν οἷς εἰσαγωγίαν ὅτι ἀπὸ φησὶν ἐμὸν τὸ ἐπιφύσειν τὰ ἀπίστα με προσέτερον.

προσβαλλόντων δὲ με ὡς ἐπιεικῶν θηρία μοι προσβαλλόντων, ἢ δὲ δὲ δικία εἰσαγωγή. Cū autē mihi perorando anteuertisset (quippe præscriptionis instātia ipsi, nō recte cōtrouersia, in iudiciū deduxeramus, vel propterea quòd super præscriptione iudiciū erat cōstitutum, nō super causæ capite) & hæc ipse cum legisset, &c. Ex quibus verbis intelligimus, in exceptionis & translationis cōtrouersia, priores esse partes in dicēdo eius vnde petitur, id est, rei. Notandum præterea δὲ δικία, esse rectam intētionis depulsionem, iustam & plenam recusationem, quod fit, cū is qui in iudicium vocatus est, nulla præscriptione fori, aut alia exceptione summotoria vtitur, nec litis excipiēdæ diuerticulo. & δὲ δικία ἀγωνίζεσθαι, recta via pedē cōferre cū actore, actionemq. ipsā & intentionē plena recusatione propulsare, nō exceptione aliqua reiectrice, aut iudicij declinatrice, experienti iuris potestate auferre, certamenq. detrectare, id quod fit, cū re⁹ trāslatione vtitur, aut iudicij, aut personæ, aut tēporis, aut alia præscriptione nititur magis quā causæ iusticia & equitate. Quas exceptiones qui trāsmutandas esse ducit, & cōtrouersie statū in sūma causæ ponit, vt firmitudine iuris fret⁹, is δὲ δικία κείν dicitur, quasi pedē collato, & recto certamine cōfligere, collatis causæ firmamentis, quasi signis, ambigere & litigare, rectā causæ caput petere. Idē Demosthenes: προσβαλλόντων, ἀπολογεῖσθαι καὶ δόουσι δὲ δικίας εἰσόντα,

Verba si dice Apollo negare nis, qu per rus ta phio ap autē ip Phorm aperie tes ext vel alte dicio p exhibi scribēe quam ea qua tum m sequē diction dam. l eo quo eadem plūsiq τῶν ἰσὶν ἰμβάλ

INte I quæ thenic insula, sibus c citur, cis ver nus dii dicitur, B ibat. a dū qu d' a do do nient cedre cata. xq rono strate men rente repul fetre dum λογισ δέδ



καὶ δὲ ταῦτα χημέα ἀπὸ τοῦ θηβαίου ἐπι-  
 κληρικῆς.] Et ea propter Thebanos pecu-  
 nia quondam summam edicto pronun-  
 ciasse, ei dandam qui eum interfecisset. In  
 quo sermone subintelligimus ἐπὶ, ut sit, ἐπ'  
 ἀπὸ φόνου ἐπικληρῶσαι. quod autem Græci di-  
 cunt ἐπικληρῶσαι χημέα τὰ πνι, Curtius signi-  
 ficare voluit, cum licitari hostium capita  
 dixit. Vide Comment. Bud.

οὐ γὰρ εἰ φαύλοις χημέα ὑμῖς.] Neque enim  
 quod vos sæpe hominum despicibilium  
 opera soletis uti in rebus vestris publicè  
 administrandis, idcirco quoque despicibi-  
 lia sunt ea quæ nobis committenda ex-  
 teri credendâque duxerunt, multumque  
 abest, ut ita res se habeat. Idem in eadem,  
 οὐ γὰρ ταῦτα ἀπ' ἐκείνων γέροντες, οὐδὲ πολλοὺ  
 δεῖ. Neque enim illorum loco hæc nobis  
 obtigerunt, multumque abest ut ita sit.  
 Idem in eadem, pro οὐδὲ πολλοὺ δεῖ, οὐδὲ ὀλί-  
 γου δεῖ dixit.

τὸ τὸν φίλιππον ἐπιστῆσαι τοῖς ἀρχαῖσι τού-  
 τοις.] Id est, hoc egisse, ut Philippus impar-  
 atos opprimeret. ut enim παριστῆσαι signifi-  
 cat sistere ad iudicium, ita ἐπιστῆσαι est si-  
 stere aliquem, & ut præstò sit, vel præfens,  
 facere, & ut inter negotium tractandum  
 adueniat, etiam ut interdum importunus  
 adsit, & tractantes, agentisque opprimat.

ἐκείνῳ ἐνδέχεται πλεὺς αἰτίων, καὶ φησὶν αὐτὸς  
 αἰτίῳ γένησθαι.] De infinitivi natura, quod  
 non modò accusatiuum, sed etiam ante se  
 nominatiuum poscat apud Græcos, vel in  
 contextu orationis existentem, vel subau-  
 ditum, vide Comment. Bud. & in Orat. καὶ  
 μειδίου.

Ἐαχέως δὲ ὁ μὲν ἐπὶ τῷ μηδὲ προσδοκᾶν χόον-  
 ταν.] Cum autem vos ægrè, asperèque hoc  
 tulissetis, quòd dixissem me ne ea quidem  
 sperare: Et facite, inquam, ὁ viri Athenien-  
 ses, ut si quid horum fiat quod vobis pro-  
 mittitur ut istos collaudetis, & honoribus  
 afficiatis, & coronis donetis, in me autem  
 nihil horum conferatis. At verò si quid in  
 contrarium cesserit, videte etiam, ut istis  
 succenseatis, non mihi, qui rem totam ad  
 me nihil pertinere contestatus sum. Idem,  
 ὅπως τοίνυν τὰ πλεὺς τῷ πολέμου μηδὲν ἐρεῖς, Ni-  
 hil igitur de rebus bellicis dixeris, quæ mi-  
 nimè ad rem quæ agitur, attinent. Conue-  
 nit autem & indicatiuo & subiunctiuo  
 ὅπως.

καὶ μὲν τοὶ κἀντὶ τῶν ἐναντίων, ἔπος τούτοις ὑγίει-  
 δε, ἐγὼ δὲ ἀρίσταμαι.] Ac si diceret, ad me ve-  
 rò harum rerum vel præmij, vel offensio-  
 nis nihil pertinere volo, idque contestor.  
 Dicunt enim ἀρίσταμαι τῶν προσγεμάτων, ἀπὶ  
 τῷ μακροτέρω. Hoc est, non sum particeps,  
 non communico consilia cum aliis, nolo

implicari.

ὑπογεγραμμάτων γὰρ ὑμῖν αὐτὸς ἐξηγεῖτο τὸν  
 νόμον τὰ τοῖς καὶ κήρυκι.] Id est, cum enim scri-  
 bæ officio fungeretur, ipse apud vos (ad iu-  
 dices loquens) recitanti præconi legis hu-  
 ius verba præibat. Id enim à Latinis præ-  
 ire dicitur, quod Græcis est ἐξηγεῖσθαι, καὶ  
 προσδοπεῖν. Plinius in epistolis de pseudo-  
 christianis quibusdam loquens: Cum præ-  
 cunte me, inquit, deos appellarent, & ima-  
 gini tuæ, quam propter hoc iufferam cum  
 simulachris numinum afferri, thure ac vi-  
 no supplicarent. præcunte me dixit, id est,  
 verba præloquente. Lilius lib. 8. de Deo  
 deuouente se: Agedum, inquit, pontifex  
 pop. Rom. præi verba quibus me pro le-  
 gionibus deuoueam. Bud. in Pandect.

ἴνα μὴ δὲ ὑμῶν αὐτοῖς οἱ φωνεῖς ὑποποιήσαν-  
 ται.] Hoc est, οικειώσαν, sibi concilient. ὑπο-  
 ποιῶμαι idem fermè est quod ἀποποιῶμαι.

μη οὐδὲ ὅτι καὶ λακεδαίμονις.] Non igitur  
 hic pœnas ideo non pendet imposturæ in  
 perniciem vestram admissæ, quod & La-  
 cedæmonis & Phocensibus Philippus im-  
 posuit. neque enim id æquum est. Vbi vi-  
 dere est, duas negationes geminatas affir-  
 mare interdum, ut apud Latinos quoque.  
 Idem alibi, καλὸς αὐτῶν δὲ ἐκείνου λέγειν, καὶ τὸ  
 καὶ νεανίδου σαμίου τοιοῦτον ὡς οὐδὲν ὅτι οὐ ποιήσῃ,  
 εἰσὲν φασίν, ὅτι, &c. Iubente autem illo di-  
 cere, atque huiusmodi aliquid iactabun-  
 dè, iuuenilique ferocia pollicente nihil  
 non se facturum. Hoc enim significat νεα-  
 νιδέειν voce passiuâ prolatum.

ἴνα οὐδὲ ἡ τῆς ἀειροσίας.] Quid igitur pro-  
 dest Cherronesum superesse, & esse inco-  
 lumem, quum impunè à Philippo diripi  
 possit, cum primùm illi commodum at-  
 que etiam visum fuerit? quàm variè τῆς πε-  
 ρουσίας vocabulum accipiatur, vide in  
 Comment. Bud.

καὶ μὲν καὶ μὴ ταῦτα ὁσάντις πρὸς πορθμῶν ἢ  
 πρὸς μεγάρεσι ἀκούοντις δυνάμιν φίλιππου καὶ  
 ξένους, ἐθορυβεῖτε.] Vt est verbo θορυβεῖν, id  
 est, tumultuari, pro in tumultu esse, & quasi  
 tumultum decernere. id fermè quod lin-  
 gua vernacula dicimus emoueri, aut etiam  
 mutinari, quod verbum à mutiendo, id  
 est, mussando deductum est. Populus e-  
 nim multa in huiusmodi consternatione  
 summissim dicere solet, quæ apertè non  
 audet. Vide Annot. in Pandect.

καὶ χάριν, ἀπὸ τῆς ἀξιοῦσθαι, καὶ τοῦ ἀπὸν ὀρ-  
 γλῶ, ἀπὸ τῶν φαίνεσθαι, πεποιθῶς, πεποιθῶσαι.]  
 ποιέσθαι χάριν, est animo beneuolo acci-  
 pere aliquid, & gratiam habere, cui oppo-  
 nitur, ποιέσθαι, ὀργλῶ τὸ πρῶτον.

ἴνα δὲ ὀπισθὸν γένῃ, οὐκ εἴς καὶ προσδοκῆς  
 ἐρεῖ, ἀλλ' οὐδὲ γένηται.] Sin ei conatus non suc-  
 cesserit,

cesserit, hæc atque illa causabitur: atqui id iniquum est, at id iurè fieri non potest. ἀλλὰ posteriore loco cum interrogationem excipit, significat atqui & profectò. Idem Demosthenes alibi, εἴτε τοῖς δὲ ὑμῶν φόβοντας, εἴσονται ἀφαιρέσειν τὰ δοθέντα, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; ἀλλ' ἀρχὸν αὐτῶν, certè id turpe est. Cic. pro lege Manli. Quid verò tam inauditum, quam equitem Rom. triumphare? at eam quoque rem pop. Rom. non modo vidit, sed etiam studio omni visendum putavit. Interdum ἀλλὰ ἢ δία, pro ἀλλὰ γὰρ ἴσως, vel pro ἢ δὲ ἀλλὰ dicitur, ut infra in hac eadem, ἀλλὰ ἢ δία ἐν τούτων τῶν χρημάτων τοῖς ὀρεοῖς ἐλαβόν, ἢ τὰλλ' ἀποροσπένειν ἐποίησα; πολλοὺ γὰρ καὶ δὴ, at enim fortasse.

ἐπὶ τοίνυν εἰ μὴ μηδὲν ἔχοντες, μηδὲν ἔχοντες δειξί.) Iam verò si probare non possemus. Idem alibi, ἐπὶ τοίνυν ἴσως ἐροῦσιν ὡς. Atque etiam, ut opinor, hoc dicturi sunt. Sic οὐ τοίνυν, neque verò. Idem in eadem, οὐ τοίνυν ἐν τούτων μόνον δὴλος ἐστὶ ὅτι χρημάτων, &c. Neque verò ex his tantum manifestum est, &c.

καὶ τοι πῆς ἢ κοινωσίας; πῆς ἢ πολλῆς κοινωσίας.) Verùm quænam est ista causæ communitas? quæ tanta huius providentia, pro Philocrate. Accipitur enim pro verùm, & pro sed καὶ τοι, & seruit δὲ ἀπερήσει. Quod autem mox subdit, αὐτὸ οὐχὲν ἐστὶ καὶ λέγει; &c. Cicero pro Roscio ad verbum sic transtulit: Nōne supercilia illa penitus rasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur.

οὐ γὰρ δὲ ἀπειρία γὰρ οὐ φήσεις ἔχειν ὅτι εἰσὶν.) Vt ὁ αὐτ., vel δυνωπικός, vel ἀοριστολογικός sæpe abundat, ita sæpe etiam deest, præsertim ubi locus causam habet à præterito. quamquam hic quoque deest, cum de futuro dixerit. habet autem vim optatiuam. Neque enim te ut imperitum negabis habere, quod respondeas, quod dici poterat ὅτι ἐρεῖς. ὅτι enim φιλοδουκὸν est. Vide Comment. Bud.

ἐφοβουῦτο ἢ μὴ ἔξαιφης ἐκκλησία γῆνται.) Autores sunt Suidas, & interpretes hoc loco, apud Athenienses νόμιμον ἐκκλησίαν dictam esse τὴν κριτὴν καὶ ὠρισμένην εἰς τὸ μῆνα, id est, legitimam concionem, quæ fixa statâque erat concio, & ter in mense habebatur. σύγκλητον autem, id est, conuocatam siue indictam, τὴν ἔξαιφης γηρομεθίην δὲ καὶ ἀπειρίαν, quæ repente noua quadam de causa fiebat. Sic etiam apud Romanos Senatus habebatur aut legitimus, aut indictus. Legitimus quidem, statis diebus. Tranquillus in Aug. Sanxit, inquit, ne plus quam bis in mense legitimus Senatus ageretur, scilicet Calēdis & Idibus, &c. Edictus autem vel indictus erat, qui ob negocia inciden-

tia repètè incidebatur. Idem in Cæs. Postquam Senatus idibus Martiis in Pompeij curiam edictus est, &c. Capitol. in Gord. Non legitimo, inquit, sed indicto Senatus die consul iam domi conuentus, cum prætoribus, ædilibus, & tribunis in curiam venit. Ex Annotationibus Bud. in Pandect.

μῆνοιτο μὲν αὐτῶν.) At furore id agitari esset. μὲν αὐτῶν ex μὲν τοῖς & αὐτῶν κόρονitur, pro at vel atqui. Vide Comment. Bud.

φιλανθρωπείας πρὸς αὐτοῖς.) In comitatem, benignitatemque compositus. id enim φιλανθρωπείας vocant Græci. Vnde philanthropia non modò humanitatem, id est, morum clementiam, ac benignitatem significat, sed etiam liberalitatem, καὶ φιλοδοξίαν & φιλανθρωπεία, pro benignè dato, ac liberali facinore, benignitatisque pleno. Sic Latini benignè facere dicunt. Cicero pro Plantio: Doceo gratiosum etiâ tribubus Plantium, quod multis benignè fecerit, pro multis spondiderit.

ὡσεὶ οὐκ ἔμενος ὁ δουλοδουκὸν ἐσεσθαι ἐμελλε.) Proinde ille erat ipse commoda pacis captaturus, commodis pacis inseruiturus, hoc est, longè magis intererat eius, pacem coire & componere, quam vestra. Est enim modus loquendi per participium cum articulo, ut idem περὶ σεφάτου, καὶ τοι πῆς ὁ τὸ πολὺν ἐξαιπείη; οὐχὲν ὁ μὴ λέγων οὐκ ἐστὶν; Et seruire est addidum esse & nimium colere, ut etiam alibi dictum est. Vnde περὶ δουλοδουκῶν, καὶ δουλοδουκῶν, & scenæ seruire apud Ciceronem, &c.

δὲ τὸ ἀποκαταναχθῆναι.) Id est, quod iam antea omnes concionum dies consumpti essent. id enim hoc loco ἀποκαταναχθῆναι significat. Vtitur paulò aliter Isocrates in Panegyrico.

γερῶν ψήφισμα βουλοῦσαν, τὴν βουλοῦσαν ποιῶσαν.) Cum essem tum Senator, id est, βουλοῦσας, rogationem tuli, cum populus rem Senatui permisisset, ut primo quòque tempore legati proficiscerentur. κύριον enim ποιῶσαν, significat dare auctoritatem & potestatem. Dicitur etiam ἀποκαταναχθῆναι. Est enim ἀποκαταναχθῆναι, legatus qui cum potestate mittitur. Idem in eadem, ὡν μὲν τοῖς νυκτὶ ἀποκαταναχθῆναι τὴν ἀποκαταναχθῆναι, τὴν ἐξαιφῆς τὸ ἔσπονι μῆνα.

οὐ τοι δὲ ἐχάρηζοντο πάντα ἐν δεινύμενοι & ὑπερολακιδόντες ἐκείνον.) Id est, operam suam illi venditantes, & in adulationem effusi, sese illi commendare atque insinuare cupientes, & veluti lenocinantes omnibus obsequiis. Quibus verbis aut similibus respondens Æschin. ἐν τῶ κτ' κτισσο. ita inquit, λέγων ὡς ἐγὼ τὴν γερῶν οὐχὲν ὑπερολακιδόντες ἐκείνον, ἀλλ' ἐν δεινύμενος ἀλεξάνδρῳ δὲ τὴν

πρὸς αὐτὸν ἔβραυν, sed operam Alexandro venditans propter odium, quo ipse Demosthenem prosequitur. Ergo ἐν δεικνύσσει Græci dicunt, quod venditare se alicui Latini, hoc est, per assentationem operam suam vltro spondere, quasique venalem ostentare. Cicero ad Atticum, Quomodo autem se venditant Cæsari?

καὶ φιλιππων ἡξίουων ὧν ἡμῖν ἐδίδου ξενίων τοῖσι λύσαισι. Xenia Demosthenes appellat dona quæ à Philippo rege legatis Atheniensium donabatur. Lautia ea à Romanis vocabantur. Volens autem Philippus legatos Atheniensium corrumpere donis, xenia splendidissima eis mittebat. quod Demosthenes vnus ipse legatorum cauere volens, orare cœpit Philippum, vt iis xeniis captiuos Atheniensium redemptos legatis dono mitteret, vnde καὶ φιλιππων, inquit, ἡξίουων ὧν ἐδίδου ξενίων τοῖσι λύσαισι. Propterea falsæ, peruersæque legationis Æschinem collegatum infimulans, xeniorum eū obtentu corruptum esse à Philippo donis ingentibus dicit. ξένια δὲ ἢ ἢ πρῶτασι. Xeniorum, inquit, prætextus à Philippo quæsitus est. Hoc est autem, vt arbitror, quod Ulpianus significare his verbis voluit, Sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem, hoc est, munusculorum prætextu quæsitio non sunt aucupanda munera, quæ sumptu onerare prouinciales possint. Vide Annot. in Pandect. vbi plura etiam de xeniis & lautiiis, &c.

τῷ φιλιππῷ δὲ ἐπειδὴ ταῦτ' εἰς τοὺς ἀρχαλώτους, &c.) Postquam autem ego suadere cœpi Philippo, vt ea quæ sub xeniorum nomine ipse in istos largiebatur, in redimendis captiuis consumeret, nec contra ille quippiam honestè dicere poterat, nec verò illud causari & respondere, At hic & ille iam habent, nec vlllo iam pacto vitare eam impensam, tum demum sponndit ille quidem, sed rem in Panathenæa reiecit, quo tempore se missurum ait. ὁ δὲ να καὶ ὁ δὲ να pro hic & ille dixit. Sic πρὸς λεπτιλῶν, τῷ δὲ ναι μευφύδρος, καὶ τὸν δὲ να ἐνάξιον εἶ) φάσιων.

ἀλλ' οἶμαι πρῶτασαν οὐτοί μου.) At credo iste præstantiores se, quàm ipse me præbui. at isti credo in ea re me superauerunt. Ita enim & Latinis Credo alicubi ironico est, sicut Græcis οἶμαι. Cicero de natura Deorum, de latronibus & sacrilegis loquens, Credo aut hos mortis timor terret, aut hos religionis.

ὑμῖν ὅτι πρῶτον μὲν πρὸς πάντων τῶν βουλήν ἀγῶσα καὶ πρὸς βουλευῶσιν δει.) Ostendere volens Demosthenes quàm difficilis res esset, & quàm impedita, rem populi suffragio decernendam conficere & exequi τὸν πολιτευό-

μυρον αἰδρα, ita inquit, ὑμῖν ὅτι πρῶτον μὲν, &c. id est, Apud vos autem rem ipsam curiæ innotescere moris est, deque ea re Senatufconfieri, idque tum demum, cum aut de mittendis legatis vestris, aut audiendis aliorum, concionis edicta proscripta sunt, non item semper. Deinde concione aduocata (id quod tum solenne est fieri, cum præscriptis legum congruit è re nata) oratoribus. videndum est, vt cum consilia fanèvtilia commodaque Reipublicæ in medium attulerint, dicendi quoque facultate iis præualeant, qui è diametro in medium allatis pugnantia, vel imprudentia ipsi lapsi, vel ducti improbitate, tueamur. πρῶτον μὲν enim dicebatur curia Athenis, quando ante comitia populi, ea res consulendo censendoque in curia agitabatur, qua de re populus in concione rogandus erat, cuius erat scilicet summa potestas, vt Romæ. De hoc verò dictum nobis etiam est πρὸς σεφραίου.

ὁ δὲ τοὺς χρόνους τοῖσι ἀμαρῶν, &c.) ἀμαρῶν τοὺς χρόνους Demostheni αἰτῆ τὸ ἐκκερῶν hoc est, tempus eximere, & occasiones rerum gerendarum auferre, & hoc loco, & alibi dicitur.

ἢ εἰδὴ ὅτι τὸ ψυχρὸν τὸ ὄνομα, τὸ ἄρτι κέου, παρελήλυθ' ἐμῆνος σε ἀκίλων ἡμῶν.) Vt intelligatis Æschinem in impostura vobis factitanda, etiam verbum illud, quod frigide & scurriliter dici solet, ad satietatem vsque, exuperasse. Sic enim interpretandum arbitror, τὸ ψυχρὸν hoc loco. Vnde ψυχρολόγοι dicuntur, qui ineptis & futilibus & absurdis verbis vti solent. Et ψυχρολογία verbum, frigida verba ineptaque & scurrilia fandere. Sic Cicero in Brut. Quare tibicen dixerit discipulo sanè frigenti ad populum, Mihi cane & Musis, frigenti dixit, οὐκ ἔδοξέ μου ὡπ, ἔδοξε γὰρ ἄλλοι, ψυχρῶς ἔχοντι. Idem Demosthenes πρὸς σεφραίου, καὶ μου πρὸς διὸς καὶ θεῶν, μηδεμίαν ψυχρότητα καταγῶ μηδὲς, nullus ita hoc quod dicturus sum excipiat vt frigidum & absurdum.

ἢ δὲ αἰ εἴποι τις πρὸς δημοθῶνους.) Quid autem de Demosthene dicere quisquam dignè poterit, qui legationis socium accusare non vereatur? profus quidem ipse, seu velim, seu nolim. quippe per totam illam legationem insidiis huiuscemodi à te petitus. vel sic, Accuso ego verò siue velim, siue nolim, qui in ea legatione perpetuis à te insidiis petitus sim. est enim anthyphoris accommodata hæc vox ἢ δὲ, ita vt responsioni congruat, vt πρὸς σεφραίου etiam dictum est. addita quoque γὰρ particula, ἀποφορεῖται est, vt at & at enim Latinè, & interrogationibus conuenit, vt in eadem

hac

hac Oratione, νη δὲ οἱ νέοι γὰρ ἡμεῖς δὲ ἐκείνων ἐ-  
σονταί ἀγῶνα βελτίους; οὐκ οὐκ καὶ δὲ τὸν δὲ οἱ πολι-  
τευόμενοι, δὲ ὦν τὰ μέγιστα κινδυνεύεται τῇ πόλει.  
At enim iuvenes nostri ob illud iudiciū,  
illamque animaduersionem, ad frugem  
morum meliorem redigentur. atqui & ab  
hoc quoque magistratus emendabuntur,  
quorum sub manu reipublicæ summa pe-  
riclitatur.

Ὀβουλος θάρρηκος καὶ σικυδίου συσσηπτικῶς.)  
συσσηπτικῶτα pro sodali dixit, vel cōtuber-  
nali. Vtrunq; enim significat, vt apud Pla-  
tonem in Sympol. καὶ μὲν ταῦτα στρατεία ἡμῶν εἰς  
ποτιδαίαν ἐρχοτο, καὶ σιωσιπτικῶν ἐκεῖ. ὧς δὲ τὸ συ-  
σσηπτικόν, in contubernio esse, sodalitati vti, &  
συσσηπτικόν, sodalitas.

καὶ π καὶ νεανιδουσα μέρου τοιοῦτον ὡς οὐδὲν ὅτι οὐ  
ποιήσῃ.) Atque adeo iuuenili iactantia pol-  
licente. vbi καὶ geminatur, quod sæpe fit At-  
tico more. Et in eadem paulò inferius, ὡς ἡ  
προσῆει τὸ προσῆμα, καὶ διετερμαζίνοντο, καὶ τὸ κλίνεσθαι  
τὴν ἀνδροπον, καὶ δὴ καὶ ἀδ εἰν ἐκείλδον, vt au-  
tem res iam procedere cœpit, & illi inca-  
lescere, accumbere iubent mulierem, at-  
que adeo canere.

ἔξω δὲ αὐτῆς οὐσα.) Pro mente alienata di-  
xit, & velut ἐαυτῆς ἔξω μέρη. Quod autem  
sequitur καὶ τὴν ἔξω μέρη ἀναξέπει, καὶ εἰ μὴ ἐκεί-  
νος ἀφείλετο, ἀπόλετ ἀν παρονομήν, &c. id est,  
Huius super mensam & vinum petulan-  
tia. id enim παρονομασθαι vocant Græci, quod  
nos bacchari & debacchari, hoc est, per vi-  
num & petulantia iniuria & probro af-  
ficere.

προσῆει ἐν οὐδὲ ὅπου τὸν ὀπολογῆσθαι.) Ne-  
gatio, vt alibi παρέλκει, ita contrà hoc loco  
desideratur. dici enim plenius poterat,  
προσῆει οὐδὲν οὐδὲ ὅπου. vt apud eundem alibi,  
προσῆει ὦν οὐδὲνα κίνδυνον ὀνπνοῦ οὐχ ὑπέμεινας οἱ  
προσῆγοι, Quarum rerum gratia nullum nõ  
certamen maiores nostri susceperunt. Sic  
etiam apud Ciceronem desiderari nega-  
tio videtur interdum, vt in Pandectas an-  
notatum est.

οὐ μὲν ἀλλ' ἔγωγε.) Enimuerò, at verò. Quā-  
quam enim negationis speciem præfert ἔ-  
μὲν ἀλλ', tamen affirmationis vim habet.  
Idem alibi, οὐ μὲν ἀλλ' ἐλπίζω ὅτι δὲ εἶν εἰσα-  
γῶμην τὴν δὲ κὴν οὐσαν.

εἰ καὶ ἐχθρὸς ἐώνη μέρη ἀνδροπος εἰπεῖν διωκηθεῖν.)  
Obersuandum hoc loco, cum μὲν σφοδρῶ τὸ-  
νου scribitur καὶ, hoc est, cum significat at-  
que adeo, vel etiam, tunc & opratiuo & in-  
dicatiuo iungi. Sic Aristophanes, καὶν προσ-  
καταθίλω γ' ὧδ' ὁμόσαι ξιῶβολον. Idem De-  
mosth. in eadem, ταῦτα κατηροσθ, ταῦτα μέ-  
νησθ, ἐπει δὲ καὶ εἰρήνῃ καὶ ἰσῆν καὶ μηδὲν παρονο-  
κότας ἀνδροποισ, μηδὲ ψδουσα μέρη ἔσθρον, καὶν ἐ-  
πῆνοῦ καὶ σερφνοῦ ἐκείλδον Hæc sunt que ac-

cufo, quæ vos in memoriam vestram reuo-  
cate. nam pacem æquam, iustamque ego  
laudarem, eiusque autores probos viros at  
que integros corona donandos censuis-  
sem. Cum autem significat ἔ εἰ, quod si,  
vel sin, vel etfi, subiunctiuum poscit. Idem  
in eadem, καὶν ἀναγκασθῆ ποι σιωπηρῶν, ἀπεπή-  
δησεν ὀδύνας, μή τις αὐτὴν ἰδῆ λαλοῦσα ἐμοί. καὶ εἰ  
verò, indicatiuo iūgitur, vt in eadem, καὶ εἰ  
ταῦτα πάντα ὑπῆρχον, ἐκείνο ἡ μὴ προσῆω, &c. &  
si in eo omnia hæc essent.

ἀνάγκη προσῆσθαι ἔ τούτω πάλιν εἰσέναι.) Sub-  
intelligitur τὸ δικασθῆναι. Et εἰσέναι προσῆ-  
φῆς, est postulari & causam dicere. εἰσέναι  
autem τὸν δὲ significat ὑποκρίνεσθαι, subire  
personam Iouis, & Iouem agere, vt idem  
in eadem, ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς δράμασι τοῖς ξαρμοῖς  
ἐξαιρέτὸν ὄσιν, ὡσπερ γέρας τῇ τοῖς τριταγωνισαῖς, τὸ  
τοῖς τεράνοισ καὶ τοῖς τὰ σκήπτρα ἔχοντα εἰσέναι.

ὅσα ἐκείν' ἐπέτα μὲν νυ ἀπαντήσῃ.) Cum accu-  
fatiuo dixit ἐκείν' ἐπέτα, pro decedere via,  
non tamen honoris causa, vt cum alicui  
occurrere nolumus. Cæsar, Quibus ita in-  
terdictum est, iis omnes decedunt, ad tum  
fermonemque defugiunt, τούτοις πάντες ἐξ-  
τέθησαν. Aristophanes, ἀλλ' ἐξέτρεπτο, καὶ ἐ-  
δύσευ ὄραν με, id est, oculis aliò aueris traf-  
mittebant me, paululum via decedentes:

ὅτι τούτων μὲν οὐδὲ εἰσεται τὸν ἐαυτῶν κεχαρισ-  
μῆρον ὑμῶν.) Quia nemo reus sciturus est,  
quis vestrum sibi gratiam contulerit. vbi et-  
iam αὐτῶν dicere poterat, hoc est, quis ve-  
strum ipsi suffragio suo indullerit. ἐαυτῶν e-  
nim χαρίζεσθαι cum dico, hoc intelligi vo-  
lo, ipsum animo suo obsequi. atq; ita com-  
posita pronomina pro simplicibus, & sim-  
plicia pro compositis accipiuntur.

οἱ θεοὶ ἡ εἰσονται καὶ τὸ δαιμόνιον.) Post deos, τὸ  
δαιμόνιον, vt maius numen dixit. Cum enim  
τὸ δαιμόνιον καὶ τὸ θεῖον dicebant, deum supre-  
mum, diuinitatemque mundi moderatri-  
cem intelligebant. Sed & philosophi deos  
cum dicebant, numina vulgi opinione cō-  
secrata significabant, Dei verò appellatio-  
ne vnum intelligi, supremumque numen  
dignum esse censebant; cuius imperio &  
potestate omnia administrarentur. id cum  
Macrobius docuit, tum verò Plato in epi-  
stolis. Plura Bud. in Comment.

ἢ τὴν ἀφανῆ καὶ ἀδηλον χεῖν τούτοις καταθέ-  
σθαι.) Id est, quàm ab istis occultam & in-  
certam gratiam inire, à reo scilicet abso-  
luto, & ab eius amicis, qui ignorabunt da-  
mnantes & absoluentes. passiuæ voce vsus  
est verbo καταθέσθαι, quo Lucianus quoque  
pro rependere gratiam, & passia facere læ-  
pe. vtitur. Idem Demosthenes alibi, οἰόμε-  
νος εἰς τὴν ἀνδροπον χεῖν καταθέσθαι, existi-  
mans à muliere gratiam se initurum, hoc

est, μεταχειρίεισθαι. Latinè collocare gratiam dicitur.

ὅπως ἠδυνάτο, ἀλλ' οὐδ' ἐν ταύτῃ γε ἔζη. ) Ut poterat quidem, sed tamen in hac vrbe vivebat. ἀλλ' οὐδ' ἀπὸ τῆς ὁμῶς dixit, vel ἀλλ' ὁμῶς potius. ac si diceret, ὅπως ἠδυνάτο, ὅπως δ' οὐδ' ἐν ταύτῃ ἔζη. Cicero, at certè, eodem modo vsus est, sed interpositis aliis verbis inter at & certè, ut adderet gratiam, ut pro Marcello : Itaque illam tuam præclarissimam vocem inuitas audiui, satis te diu vel naturè vixisse, vel gloriæ. satis, si ita vis, fortasse naturæ, addo etiam, si placet, gloriæ. at id quod maximum est, patriæ certè parum. *καρποῦν δ' αὖτ' εἰ οὐτα δοκεῖ σοι ἔδωξίαι, τῆς ἢ πατρίδι τὸ μέγιστον, ὀλίγον γε. vel, ὁμῶς ἠδυνάτο δὴ μέγιστον, τῆς πατρίδι γε ὀλίγον.* Dicitur & ἀλλ' ὁμῶς, & ὁμῶς δ' οὐδ'. Idem Demosthenes in eadem, ὁμῶς δ' οὐδ' ἐπὶ καὶ τὸ δεῖ ἀκούσατε.

καὶν πλίδιον λαβῶν ὅππῃ τὸ κεφαλίον, ὁμοσῆς. ) Id est, oberres, obambules, expatieris per urbem. Hoc enim ὁμοσῆς significat in compositione in quibusdā verbis. Synes. Theophilo, de vagis sacerdotibus compedia sua sacerdotiorum commutatione sectantibus. *καρποῦν δ' ἢ τὰς πλάσας, ἐκεῖ ὁμοσῆσαι, ὅπου κερδαλιώτερον.* Porro autem πλίδιον hoc loco apud Demosthenem, τὸν ὅππῃ δὲ τὸν νόμον νόμιον intelligo, id est, adulterinam comam, quæ Latini vno verbo galericulum appellant, Tranquillus etiam capillamentum. dicitur Græcè quoque φανακίον, à quo φανακισμός, & verbum φανακίσειν, pro impostura & imponere, quo Demosthenes identidem uti solet.

καὶ παρῆκολευθηκὸς ἀπασί μεταγορεῖ. ) Ut qui omnium arbiter fuerim & spectator, ut comes legationis. Sic in epistola ad Athenienses cum exularet, ὅσα τυχόντων δὲ ἐμπειρίαν καὶ τὸ παρῆκολευθηκὸς τοῖς πραγμάτων εἰδώς.

καὶ τοιαῦτα ὑποκορίζουσι. ) Id est, honestis appellationibus rem sceleratam & pudendam velantes, & prætexentes. est enim ὑποκορίζουσι rem odiosam specioso nomine appellare, aut minus inuidioso, hoc est, ὑποκορίζουσι ὀνομάζειν. Sic Vergil. Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam, *πεπὸ τὸ ὑποκορίζουσι τῆς ἀμύρτιας περιβαλλόμενος.*

ἐπειδὴ ἢ ἐυλογοῦσιν, ἀπάγην δὴ περὶ ποροσῆς. ) Cum verò fateantur, nimirum ad supplicium par est ut rapiantur. Id enim ἀπάγην significat, ut κατ' ἀριστοκράτη. etiam, ἀπάγην ἔξεστι εἰς τὸ δεσμωτήριον dixit.

τάλαντα δέκα ἀφληκέναι. ) Id est, decem talentis damnari. Idem, ὅφρα τὸν δαίτα, ab arbitris damnatus est. Et rursum alibi, καὶ δὴ πλεονέξουλης ἀφληκέναι ταύτῃ, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀφληκέναι φησὶν, ἀλλ' ἐμὲ, atque in hac controuersia de vi damnatus, non se damnatum, sed me esse

contendit. damnati enim dicuntur οἱ ἀφληκότες & οἱ ὀφλοντες.

πόσιν γὰρ ἐδημιγορεῖ χρόνον πέντε χρόνοι. ) Quanto igitur tempore concionari licuit Timarcho? multo. At omni eo tempore Æschines in vrbe fuit, nec vnquam conquestus est, quòd Timarchus publicè concionaretur. *δημιγορεῖν & λέγειν pro eodem dixit, hoc est, oratoricè loqui, concionari.*

σημείον ἢ, εἰ γὰρ ἢ μὴ εἰρήνη, &c. ) Huius rei argumentum est. Nam σημεῖον ἢ cum dicunt, hoc significant, huius rei quam dico signum est & argumentum, & sine verbi substantiui, ut alius adiectione dicitur. Idem in eadem inferius, ἀλλ' ἐπὶ βελούτων ἐγραψεν, ἀπὸ πρὸς φίλιππων ὅπλα ἀγών ἀλώ θάνατον ἢ τὴν ζημίαν. σημεῖον ἢ πόσον γὰρ, &c. Simile est ἀπόδειξις ἢ, & τεκμήριον ἢ.

εἰ ἢ μὴ θανάτω ζημιούσθαι. ) Hoc loco εἰ ἢ μὴ significat, εἰ ἢ μὴ περὶ παρῆρηται, quòd si non pareat. sin minus enim & alioqui significat.

τὴν γὰρ δὴ πτε μυστικὰ μὴ εἰκασίαι, εἰ ὅτι τῆς μέγαλλα ἐωνυμῶν εἰκοσὶν ὄξυλεξες δραχμῶν παρ' ἐκάστου. ) Vel hic aliquid subaudiendum, vel εἰ, αἰτὶ τῆς ὅππῃ ponitur & δίοπ. Idem in eadem, καὶ τοῖς ἀρχαῖς ὑμῖν ἀπήγγελλεν, ὡς ἐχαιρον εἰ ποροσέχει τοῖς πραγμάτων ἢ δὴ ἢ τῆς ἀθλωμάτων πόλις. Et rursum in eadem, οὐ γὰρ ἀρχὴν ὑπὸ τῆς εἰρήνης κρίνεται, οὐ. ἀλλ' ἢ εἰρήνη δὲ ἀρχὴν δεξιβέληται. σημεῖον ἢ, εἰ γὰρ, &c. Eius autem quod dico argumentum est quod sequitur. Simile est τεκμήριον ἢ, quod pro eodem ponitur.

πὶς ὁ συκοδασίαι τὴν ἐλλάδα. ) Id est, in fidiis petere, imminere per infidias & captare. Idem ποροσέχει τὸν ἀδίκημα τοιοῦτον μετ' ἐκείνης συκοδασίαι. pro molior enim & capto, & infidiis aggredior, & negocium captiosum, infidiosumque adorno, dicitur passiva tantum voce. Nam συκοδασίαι actiua voce est colligere in fasciculum, vel in vnam sarcinam connectere, ut idem supra in eadem, εἰδοπὸρ ταῦτα πάντα εἰς ἓν ψήφισμα ἔστι συκοδασίαι.

ὅση μὴ, ὡς ἀδρες ἀθλωμαῖοι, ἀπουδὴ ὅτι τοιοῦτον ἢ ἀγῶνα, καὶ ὅτι ἀθλητῶν γέρονε. ) ὅτι ἀθλητῶν est ambitus, & preces amicorum pro eis causam dicentibus. Idem infra in eadem, ἐν ἢ συγγνώμη καὶ ὅτι ἀθλητῶν τῆς νόμων μίσητον ἰσχύουσιν, &c.

Ἐπὶ τὰ παρῆρηται ἴσως ἀφῆξει, καὶ ἀναβιβασταί. ) αἰτὶ τῆς ἀναβιβασταί, in iudicium & in locum aditum scandere faciet, ut sint conspicui coronæ populari, hoc est, ὅτι ἀφῆσεται.

ἐφ' ἡμῶν πενήτηντα φήρεις ὁμοσῆ ἐφώρμευ. ) Id est, in statione erant imminentes in occasionem & transitum ὑποτακέναι. Est enim ἐφορμεῖν etiam, nauibus infidere, & obsidere portum.

ὡς καὶ ποροκρυμμένον ὑμῶς. ) Hoc est, histri-

strion  
multu  
ari n  
2000  
ἐν  
ἢ  
re, aut  
fatis  
Cicero  
anno  
τὸν  
hoc lo  
mediu  
τῆς ἐ  
ἰσχυρ  
οὐκ  
hoc lo  
χρῶν, g  
quam  
οὐδ'  
παρῆρη  
par est  
rerum  
in vest  
tur, nec  
neque  
vbi neg  
in illo  
nitur at  
  
O  
Libani  
τῶν  
gillato  
tius, qu  
acculat  
ἰσοδὴ  
ἢ  
ἀλλ'  
Sed scil  
se ad h  
nim ἢ  
δὲ ἀλλ'  
φασὶ  
ἢ  
τῆ  
σικε δ  
gulis d  
primo  
Ἐπὶ  
Et præ  
damna  
mia no  
χρῶν  
χρῶν  
τα. V  
Ἐπὶ

strionica actione vocaturum, & ita demulsum, vt damnari a vobis non possit, αὐτὴ τῆ, ὑποκριτικῆ φωνῆ καὶ ἀκηλήσονται καὶ καταγοητεύονται.

ἐγὼ μὲν παρελθὼν ἔξωμοσάμην οὐδέως.) ἔξωμοσάμην cum iureiurando aliquid excusare, aut detrectare & recusare, de quo verbo satis alibi dictum est, ex cuius imitatione Cicero eiurare iniquum iudicem dixit, vt annotatur in Pandect.

τὴν ἐπιτολίαν ὅρα προστενομήρους.) προστείνεσθαι hoc loco pro palam offerre & proferre in medium dixit. Sic Plato de repub. εἰς πρῶτῃ ὅρα τὸ ἢ ἀπὸ σώματος ἔχοντος ἀριθμοῦ προστείνόμενος διαλέγεται.

οὐκοῦν οὐδὲ ὑπὸ αὐτῆ τῆ ποιήσασθαι, &c.) οὐκοῦν hoc loco, pro non igitur, accipitur, quasi οὐχ οὐδὲ, geminata negatione, hoc est, neutiquam igitur, minimè verò.

οὐδὲ γὰρ τοῖς χρόνοις ἴσόν ἐστὶ ἀδικημα ἢ τυράννου παρελέσθαι καὶ ὑμῶν, οὐδὲ ὀλίγου δεῖ.) Neque verò par est delictum in Oligarchia, aut regno, rerum gerendarum occasiones eximere, & in vestra ciuitate quæ Democratia regitur, neque propè hoc crimen ab illo abest, neque parum inter hoc & illud interest. vbi negatio quidem vim suam seruat, quæ in illo superiore ornatus tantum causa ponitur atque idiomatis.

πρὸς λεπτινῶν.

Ὁ λόγος δημοσίων πρὸς λεπτινῶν cur dicitur potius quàm πρὸς λεπτινῶν, docet Libanius, ideo scilicet, quia ex formula τῆ τῶν ἀνόμων γραφῆς post annum accusari legillatores non poterant. quare ad eum potius, quàm contra eum legem ab eo latam accusat post annum, quasi apud eum. ἐπειδὴ περ παρελθόντος τῆ χρόνου, ἐν ᾧ ὑπὸ δουρατῶν κρίσει καὶ τιμωρίᾳ ὁ νόμος γραφῆς, ἐφαίνετο ἢ δὴ ἀκίνδυνος ὁ λεπτινῶν, Bud.

ἀλλὰ γὰρ νῆ δία ἐκείνο ἀνὶ ἴσως εἴποι πρὸς ταῦτα.) Sed scilicet hoc diciturus est. vel, at fortasse ad hæc ipse obiecturus est. Interdum enim ἀλλὰ γὰρ νῆ δία, pro ἀλλὰ γὰρ ἴσως, vel pro νῆ δὲ ἀλλὰ dicitur, id quod etiam πρὸς τῶν ἀποβ. admonuimus.

ὡσεὶ τὸν ἡμισιν ἐστὶ ἀτελής τῆ χρόνου.) τὸν ἡμισιν, ἀπὸ τῆ τῶν ἡμισιν dixit, vt Xenophon, καὶ τοῖς πρῶτα διέπεμπον τῶν ἀρτων, ἐκείσοις τοῖς ἡμίσεισι, singulis dimidiatum panem. quod idem in primo ἀναβασ. τῶν ἀρτων τὸν ἡμίσεια dixit.

Ἐ ταῦτα οὐ μικρὰν ζημίαν ὀφλήσειν μέλλουσαν.) Et præsertim multæ non contemnendæ damnandæ, id est, ignominia atque infamia notandæ. Sequitur enim, οὐ γὰρ εἰ μὴ ζημίαν ἀπόλλυτε μένον σκεπτόμεν, ἀλλ' εἰ καὶ δόξαν ζημιώσθε, καὶ ἢς μάλλον αὐτοδράζετε ἢ πρὸς ζημιώτων. Vbi etiam obseruandum τοῖς ὀφλησάμενοις Ἐ τοῖς ὀφλονταί dicit damnatos. Idem alibi, καὶ

δύλω ἔξουλης ὀφλησάμενοις ταῦτα οὐκ αὐτὸς ὀφλησάμενος φησὶν, ἀλλ' ἐμέ. Atque in hac controuersia de vi damnatus, non se damnatum, sed me esse contendit.

οὐδὲ γὰρ εἰ πάντῃ χρηστὸς ἔστιν, ὡς ἐμοῦ γὰρ ἐνεκα ἔστω, βελτίων ἔστι τῆς πόλεως τὸ ἦθος.) Neque enim si vir bonus est (sit enim sanè per me) ideo melior est ipsa ciuitate. id enim ἐνεκα hoc loco significat, sicut etiã apud Xenophontem in tertio παιδείας, ἀλλ' ἐξήσται ἡμῶν ἐκείνου ἐνεκα πρὸς τὸ ἢ μᾶλλον συμφέρον πάντα ἢ πρὸς, sed quantum ad eum attinet, licebit nobis omnia è re nostra constituere. Id quod etiam per δὲ præpositionem dicitur. Idem πρὸς τῶν. ἐπεὶ δὲ γὰρ ὑμῶν αὐτοῖς παλαιὰ ἐπιτολίαν λατῆ. Nam quantum in vobis fuit, iam diu periissetis, &c.

τῆ μὲν γὰρ χρεία τῆ τῶν δεισομένων τὰς δωρεάς.) δεισομένων τὰς δωρεάς vocat eos qui promerentur, & qui adipiscuntur & obtinent. Et paulo post, τὰς δωρεάς τῶν δεισομένων δωρεάσσετε οὐσας. βελτίους δειρήσετε inuenietis & reperietis, dixit. Etenim inquit, si vtilitatem eorū spectetis, qui liberalitates impetrant, aut quoquo modo adipiscuntur, tyranni maximopere honestare munificentia possunt, vt qui confestim locupletare possint quem visum fuerit. Est autem δειρήσασθαι proprie λαβεῖν αὐτῶν ὡς ἐδωκεν ἢ δειρήσασθαι ἢ ἐπένευσεν, id est, mereri. semper autè hoc verbum passiuæ voce profertur, cum impetrare & mereri significat & adipisci.

ἔστι τὸ τῶν οὐτωσὶ μὲν ἀκούσασθαι λόγον πρὸς ἔχον.) Ellipsis est in id genus locutione, hoc est, πρὸς ἀκούσασθαι, vel ἐν τῶν. cuiusmodi multa col legit in Comment. Bud.

ἔστι τὸ γρηγορεῖν ἐν τῶν νόμῳ διαρρήδην αὐτῶν.) Nominatim cautum esse. Est enim cauere nominatim & excipere, τὸ διαρρήδην διαγορεύειν. Idem alibi, μηδὲν ἀτελῆ εἶναι διεύρησεν ὁ νόμος, lege cautum est. Quod verò sequitur, καὶ διεύρησεν ἢ ὅπου ἀτελῆ χειρῶν, &c. διεύρησεν etiam legi fortasse potest, vt apud Platonem in Phædro, οὐκοῦν πῶν μέλλοντα ῥητορικῶν τέχνων μετέναυ πρὸς τὸν μὲν δὲ ταῦτα ὁ δὲ διεύρησεν, diuidere via & arte. διεύρησεν autem pro διεύρησεν dixit.

καὶ τῶν ἐν τῆς ὀφλησάμενοις σιτοφύλαξιν ἐπιτολίαν φησὶ ἀνὸς ἰδοι.) Sitoræ apud Athenienses curatores erant coemendo frumento, condendoque præfecti, qui Latinè frumentatores dicuntur, οἱ τὸν σίτον ἀπορράζοντες καὶ ἐπιτολίαν εἶναι. erat etiam qui σιτοφύλακες dicebantur, quasi frumenti asseruandi curam gerentes, vt Demosthenes hoc loco, de Leucone rege Bosphori loquês: Ab eo, inquit, quotannis frumenti ad 1400. medimnum, id quod ex tabulis & scriptura sitophylacum videre quiuis potest, &c. Idem munus

ab aliis *σιτολογία* dicitur, & curatores ipsi *σιτολόγοι*, Latine frumenti coactores. Dispensatores autem ipsi annonæ publicæ *σιτομέτραι* vocantur. Hæc munera instituta erant in iis ciuitatibus quæ frumento importato utebantur, vt Athenis, vnde Demosthenes ibidem, *πλείστω ἤδη ἀπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάτω σίτω χεώμεθα.*

*καὶ μὴ δὲ ἀ μεταδοξὴ περὶ, ἠφισαμύμοις.)* Si prænituerit capti consilij. est enim *μεταδοκεῖν*, cum mutatur consilium.

*ὡς ἂν το πρὸ ἐροῦται, πὶ πρὸς θεῶν ἐροῦμεν.)* Quod si quis nos roget, quid tãdem per deos immortales respondebimus? quod nonnulli credo, qui immunitatem ciuitatis beneficio consecuti fuerant, indigni eo beneficio erant? Qua voce ostendit turpem futuram responcionem. vel, nempe quod nonnulli. sed ita, vt pronunciatione adiuuetur. Subdit enim statim, *εἰαὶ οὐκ εἰπὴ πρὸς ταῦτα,* &c. Vbi obseruandum, quod *νὴ δία* interrogationi seruit, quæ vim habet ironiæ, vt *ὡς εἰ σεφαίου* etiam dictum est. Sic Cicero de natura Deorum, *Quarum tãdem voluptatum? nempe ad corpus pertinentium. nullam enim aliam nouistis.*

*ἀλλὰ πρὸς λακεδαίμονιους ἔπηκην κούεσθαι.)* Vt qui legatos mittunt dicuntur *πρὸς βόλεσθαι* καὶ *δὲ πρὸς βόλεσθαι*, sic *ἔπηκην κούεσθαι* λέγονται αἱ πόλεις, ὅταν τοῖς κήρυκας ἐπὶ συμβάσει καὶ ἀσπονδίας πύμπωσι. καὶ *ἔπηκην κούεσθαι* dicitur, ὅταν κήρυκας πύμπωσι αἰτισσοῦμενοι ἀσπονδίας ἢ εἰρήνῃ.

*καὶ εἰσέφερον τὸ σπῆνδύμα.)* Admiserunt, *εἰσέφεραντο.* *φερόνδ καὶ φορμὴ τὸ πρὸς ἔμα.* tradunt enim hoc modo formari à *πρὸς ἔμα*, *πρὸς* per syncopen, & versione π in φ, *πρὸς* fieri, vnde *φρημὴ καὶ φρες*, vt *φες*, & *εἰσφρες*, vt *ἄφες*. Aristoph. οὐκ ἔτ' αὐτὸν εἰσφρῆσιν κούεσθαι, ἀπὶ τῷ εἰσφρῆσιν. & *εἰσφρῆσιν*. Idem, *εἰ πρὸς θύρασιν ἡλιασῆς, εἰσπῆσιν, ὡς ἦν ἢ ἀν' ἀλέγωσιν, οὐκ εἰσφρῆσιν κούεσθαι*, nam cum causæ orari cœptæ fuerint, iam neminem admittimus intrò. Passiue Demosthenes *ὡς ἔν ἢ χερρόνησῳ* vsus est.

*τὸ το μὲν τόνω θασίους τοῖς μετ' ἐμφαίτου.)* τὸ το μὲν etiam & τὸ το ἦ, sicut τὸ μὲν & τὸ ἦ, partim significant, & cum, & tum, & simul geminatum. Sequitur enim τὸ το ἦ ἀρχέβιον καὶ ἢ ἀκλείδῳ, &c. Id est, simul enim Thasios, simul Archebion iniuria afficietis.

*τὰς ἦ δαρεαὶ ἀπὸ πούτων ἐλαβον, ἔ δὴ λελυμένας.)* Protinus reuocatas & abrogatas. significat enim interdum καὶ δὴ continuò & protinus, hoc est, ideo. de quo tamen & *περὶ σεφαίου* dictum est.

*εἰδισεν ἀκούων ὑμῶν.)* Dicto audientes esse assuefacit. ἀκούω enim, sicut audio Latinis, etiam significat obtempero & ausculto alicui.

*συνίετε κατ' ὄν τέρπον.)* Demosthenes ille

famigeratus Orator, Romanæ eloquentiæ, id est, Ciceronianæ exemplar, vt iudicare possunt, qui orationes vtriusque non oscitanter legerunt, in ea Oratione quæ *πρὸς λακεδαιμόνιους* inscribitur, Solonem commemorat inter alia cum legibus suis hoc quoque instituisse, cum lex aliqua rogatione ad populum ferretur, vt à legislatore primùm recitaretur, deinde vt in loco maximè celebri conspicuòque proscriberetur ad tertiam concionem vsque (non aliter atque Romæ leges trinundino die promulgari solitas esse Macrobio referente legimus) inde scribæ vt daretur palàm pro concione legenda, vt si quid cuiquam non placeret, id in mediũ proferret, & si ea tum quoque populo placuisset, ita demum nomothetis daretur postremùm explorada, qui vti eam probassèt improbassentve ita proferretur antiquareturve. Hi autem nomothetæ ex iudicum numero deligebantur, vt eam operam populo iurati ipsi nauarét. Sed operæ precium mihi visum est locum ex Oratione eius Latine vt potero vertere, quò res tota melius intelligi possit. Cũ igitur Demosthenes in illo iudicio legem Solonis scribæ legendam dedisset (vt tum moris erat in iudiciis factitari, & fuit postea in Romanis) & ille recitasset, ita tum ipse subiecit. Intellexistis. ne igitur viri Athenienses, quàm rectè atque ordine leges promulgandas Solon instituerit? iam primùm apud vos & quidem iuratos, vt pote apud quos alia quoque & constitui, & rata haberi solent, deinde qui legem tulisset antiquæ legi contrariam, hunc abrogandæ antiquæ legis causas expromere prius vult, tum demum suam nouamque rogationem proferre in medium hanc cum illa componentem. Hoc ideo, vt vna tatum, vnòque de negotio lex esset, ne quando vulgus indoctum legum contrariarum diffidentia conturbaretur. Ita enim demum legum peritissimis spem præcidi posse ratus est negocium faceffendi populari simplicitati, cum æquabilis facultas omnibus esset & legendi, & perdiscendi plana & dilucida iura. *ἢν εἰς ἢ πρὸς ἢν ἐλάσων νόμος, καὶ μὴ τοῖς ἰδιώταις αὐτὸ τὸ το (ἀρχέβιον καὶ ἀκλείδῳ) εἰδῶσιν νόμοις ἐλάττον ἔχεν, ἀλλὰ πᾶσιν ἢ ταῦτ' ἀγαγῶναι ἔμαθεῖν ἀπὸ κατὰ τὸ δίκημα.* His Demosthenis verbis satis illa Ciceronis congruunt de facilitate perdiscendi iuris. Plura vide in Annotat. in Pandect.

*ἀγαγῶσθαι τὸν νόμον ὑμῖν ὃν παρεισφῆρμεν χεώμεντες ἀπὸ τῆς δέ.)* Ferre ad populum Græci *εἰσφέρειν* dicunt, quasi afferre in medium. Nam ferre ad populum legislator tum dicitur, cum legem in medium profert, vnde legis-

latoꝛ dicitur: atque hinc παρεισφύρειν legem legi contrariam ferre, quod tum dicebatur, quum legem aliquam abrogari volebant, vt hoc loco, vbi multa de ferendis legibus dicit Budæus in Pandect.

ἢ εἰς ἣν ἐπὶ τῆς ὄντων ἐπίστασι νόμος, ἢ μὴ τοῖς ἰδιώταις αὐτὸ τὸ ἐπιτελεῖται. Ne sit hoc in causa, vt imperiti & populares homines deteriore conditione viuant, quàm Oratores qui legum omnium peritiam habuerint. τὸ ἐλάττωτον ἔχειν opponitur πλέον φέρειν, quod & πλέον ποιεῖν dicitur, promouere, proficere.

ἡ ἐξέλιξις, ἡ ἐργασίαν, ἀτέλειαν ἀπάντων. ἡ ἐξέλιξις dicitur hospitij necessitudo & priuata, & publica, vt ἐπὶ σφραγίδος abundè dictum est.

ἀλλ' οὐκ ἐν αὐτῷ νόμῳ ὁ δὲ ἀντισφύρειν νόμον. Non sic autem in ea lege quam hic contra leges iam latas tulit. est enim ἀντισφύρειν, legi latae legem contrariam ferre, & vt Festus inquit, legem legi abrogare. quod etiam παρεισφύρειν dicitur, hoc est, ἀντιθέτον νόμον φέρειν, quasi legem cum lege, & rogationem cum rogatione componere, vt παρεισφύρειν, παρεκτινέναι, & alia, de quibus alibi. Idem in eadem supra, ἀναγνώσεται τὸν νόμον ὑμῖν ὃν παρεισφύρειν ἡ γερουσία, ἀπὸ τῆς δὲ. Proinde quod Cicero ad Atticum scribens libro tertio ita inquit, Quod per legem Clodii promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat, Græcè sic dici potest, ὁ δὲ ἐπὶ τὸν νόμον τὴν κλώσειν εἰσφέρειν, ἀναίρειν, ἀναίρειν, ἀντισφύρειν ἀδίκως μὴ δέξασθαι.

ἔρη γὰρ ὁ ἑκαπύτης εἰνεκα ἀπὸ τῆς γερουσίας τῆς τῶν νόμων. Dixit enim fallendi vestri gratia hanc obrogatam esse legem: & cum sua lex illa antiquata fuerit, hanc minimè prolatum iri. Nam vt γράφειν νόμον dicunt legem & rogationem ferre & promulgare, hoc est, εἰσφέρειν, sic ἀναγράφειν τὸ παρεισφύρειν, hoc est, legi iam latae & rogatae aliam legem obrogare & opponere, quàm dico esse præstantiorem, vt scilicet eius contentione illa prius lata & rogata abrogetur. Sic enim dicitur ἀναγράφω, vt ἀναγνώσκω, de quo alibi. Subdit ergo, ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν τῆ ὑμετέρῃ ψήφῳ τούτου νόμου λυθέντος, τὸ παρεισφύρειν τα κύριον εἶναι, σαφῶς ὁ παλαιὸς καλεῖται νόμος, καὶ ὃν δεσμοδέται τῶν ὑμῖν παρήγαξαν, εἴσω, ἵνα μὴ παρὲς τούτου τις ἀπλήρη μοι παρεισφύρειν νόμον & ἀναγράψωμαι, eundem esse his verbis liquet. Idem ἐν τῷ περὶ βοιωτῶν, ἀναγράφειν pro ἐγγράφειν posuit his verbis, ἀξίω σε ἢ παρὲς ἀλλοῦ σαυτὴ ἀναγράφειν, ἢ τοῦνομι ἔχειν ὃ ἐκείνος ἐδάκεσσι.

τὰ δὲ ἐνὶ μεμφομένης, καὶ τὸν δὲ ἵνα ἀξίον εἶναι φασκῶν. Huic succensens, illum indignum esse dicitans. de ὁ δὲ ἵνα καὶ ὁ δὲ ἵνα pro hic & ille, ἐπὶ ἀναγραφῆς, & in pri. contra Philip-

pum, dictum est.

μία δὲ ἢ συλλαβὴ τὰς ἄλλας ἔχει, δέξιμι. Vnam autem quæ alias complectitur, commemorabo. Vbi ἔχει ornatus magis causa quàm significationis ponitur. Sunt enim eiusdem generis μαθῶν ἔχω pro ἔμαθον, & συλλαβῶν ἔχω, pro συλέλαβον, complector. Sic Aristid. ἢ μὲν τῆς θεῶν αὐτῶν κατὰ σήματα ἔχει, id est, κατέστησεν, in deorum cœtum adoptauit. Neq; dissimile est illud Sallustianum, Bonorum præmia ereptum eunt, pro eripiūt. Curtius: Meleagri temeritatem armis vltimum ire decreuerat, id est, vlcisci, &c.

ἐπειδὴν τις εἰς τὴν καλοῦσιν ἡ γερουσία εἰκείνη. Vt enim aliquis in eam, quæ Gerusia dicitur cooptatus est, si modò eum se quæ decet præstitit, ita dominus est multitudinis. Siquidem apud eos virtutis præmiū est reipublicæ gubernacula cum similibus sui pro potestate tenere. γερουσία, vt Demosthenis Interpres inquit, magistratus apud Lacedæmonios, ad quem ij demum euadunt, qui integritate vitæ & veneranda senectute cæteris præstare videntur. apud hos enim qui amplissimum magistratum gerunt, vt sunt, sic etiam appellatur senes. Nam quod Senatus Romæ, hoc fermè fuit γερουσία Sparta, id est, Lacedæmone, ipsa quoque à senibus dicta, qui Græcè γέροντες dicuntur. De qua Cicero in Catone: Consilium, inquit, ratio, & sententia nisi essent in senibus, non summum consilium maiores nostri Senatum appellassent. Aristoteles libr. 2. Politicon, Gerusiam apud Lacedæmonios virtutis præmiū esse ait. Vide plura in Annotationibus Bud. in Pandect.

περὶ τῆς οὐ δέξιμι. ἀπὸ τῆς, περὶ τῆς τούτου καὶ ἀδίκων. περὶ enim & περὶ ἢ etiam aduerbialiter ponuntur, pro præterea & προσέτι. Plato lib. 5. de Repub. ὅτι κοινὴ στρατεύσει, καὶ πόσι γε ἀξίωσι τῆς παίδων εἰς τὸν πόλεμον ὅσοι ἀδικοῖ, &c.

καὶ τοῖς περὶ τῶν ὀργίτων, εἰ μὴ τις φῆς ποιῆσαι. Et irascimini, si quis maiores vestros ita fecisse neget. Inde εἴφημι, pro dico non, hoc est, nego. Sic Cicero nego, pro dico non, solitus est dicere, vt pro Cluentio, Nego rem esse vllam in quenquam illorum obiectam, quæ Fiducianio obiecta nõ sit. Ita autem implicitè orationem construere solet Demosthenes ad venustatem sermonis conciliandam, vt in eadem mox infra, καὶ τοῖς εἰ μὴ ἴεσθαι ἀτέλειαν ἔχειν ταυτὸ καὶ λειτουργίαν, τὴν τῆς μαθῶν προσέγραψεν, vbi implicitum est μαθῶν, cum duabus dictionibus quæ natura coherent hoc modo, τὴν μαθῶν τῆς προσέγραψεν. Idem, ἀπὸ τις ἀμύνων τὴν πάθη τῆς δημοκρατίας, &c. si quis tuendi populorum status causa, mortem obierit.

Et rursus in eadem, εἴτ' οὐκ αἰχμωμόμθα, ὡς αἰ-  
δρες ἀδύωναι, τοῖς τῆ ποιούτου παύδας, εἰ μηδεμίαν  
ποισαίμενοι τούτων μηδένος μινείαν, ἀφαιρούμενοι  
φαιέμεθα τὴν δωρεάν, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι, γε-  
στα enim structura erat, οὐκ αἰχμωμόμθα εἰ τοῖς  
παύδας τῆ ποιούτου αἰδρες ἀφαιρούμενοι φαιέμεθα τὴν  
δωρεάν.

οὐτ' ἐνεχθεῖς αὐτοῖς ἄλλος οὐδεὶς, ἀπιδουῶν.) Ἐνε-  
χθεῖς dixit ἀπὸ τῆς περιβληθῆς χρησηῆς. Est enim  
φέρειν etiam creare & designare.

ἐν τοίνυν ἴσως ἐπισύροντες ἐροῦσιν.) Hoc loco  
Interpres, ἐπισύροντες, inquit, ἀπὸ τῆς διασύρον-  
τες, οἷον εἰς ἕδαρος ἔλκοντες, διαβάλλοντες, οὐδὲν ἀ-  
ληθές λέγουσιν. Quæ interpretatio parum mi-  
hi probata est. Lyf. in Apol. δήμου καταλί. καί  
νυὶ αὐτὸν ἀκούομεν, ἵνα ὡς ἂν αὐτὴ καταγορεύομεν,  
δὲ βραχέων ἀπολογισέσθαι ἐπισύροντα τὰ περι-  
ματὰ, καὶ διακλέπειν τὰ τῆ ἀπολογία τὴν καταγο-  
ρίαν. Duobus his locis ἐπισύροντες significare  
puto ambage verborum qua de re agitur  
implicantes, quasi que rem in longum tra-  
ctum ducentes ac subducentes, cardinem  
causæ non attingentes, iudicium mentes  
aliò aliòque trahentes, multa commemo-  
rando ad rem nihil pertinentia. quod sa-  
tis intelligendum datur ex eo quod δια-  
κλέπειν τὰ τῆ καταγορίαν dixit. significat enim  
patronum non rectà ad cardinem causæ  
venientem, & pedem conferentem, sed ve-  
lut ludificantem, frustrantemque & tergi-  
uerfantem.

ὡς μεγαρεῖς ἔμεσιν ἰσὶν τινες εἶναι φάσκοντες.) πῶς  
ἀπὸ τῆς μέγας, hoc est, οὐτὸν τυχόντων εἰς, non v-  
nus quiuis. Sic Cicero ad Atticum, Fac ut  
omnia ad me perscribas, μέγας ut facis,  
velis esse aliquem. quoniam qui fui, & qui  
esse potui, iam esse non possum, id est, ve-  
lis esse me non profus obscurum & deie-  
ctum. Vtitur eadem dicendi formula κατὰ  
μειδίον, & alibi.

δεῖ κακολασούμεους αὐτοῖς παρ' αὐτὰ τὰ δεινήματα  
φαίνεσθαι.) Eos quoque docere oportet re-  
centi adhuc secus admissorum memoria,  
pœna affectos esse. Siquidem illa locutio,  
παρ' αὐτὰ τὰ δεινήματα, hoc est, protinus admif-  
sis delictis, inde est quod ὡς δὲ τὸ δεινόν etiam  
dicunt, super cœnam, & cœnæ tempore. I-  
soerat. οἴκοι γὰρ ὀλιγαρχουμένων, ὡς δὲ ἢ τὸ πόλεμον  
βασιλοδουμένων, belli tempore & militiæ. In-  
terpres tamen Demosth. hoc loco παρ' αὐτὰ  
τα δεινήματα κολάζειν significare existimavit  
περὶ φόρου καὶ ἐγγυὸς τῆς ἀδικημάτων φύσεως, hoc  
est, pro modo delictorum, & pœna admis-  
so adæquata: quod mihi non placuit. Iurif-  
periti dicunt, adhuc fragrantibus delictis.  
Dicitur & ὡς δὲ χεῖμα eadem ratione pro  
confestim, & ὡς δὲ σὺν ἡμέρᾳ, & παρ' αὐτὰ, & παρ' αὐ-  
τόθεν, quasi iam inde ex illa hora. Dicitur &  
παρ' αὐτὸν τὸ κρηθόν. Idem in eadem, πάντες μὲν

γὰρ εἰσιν ἴσως ἀξιοὶ χάριν αὐτὰ λαμβάνειν οἱ περι-  
πόροντες τὰ ποιῆν ὑμῶς δὲ μέγιστα δ' οἱ ὡς δὲ τὰς  
χρείας: nam cum omnes vltro de vobis be-  
ne merentes, digni sunt utique, quibus cū  
paria faciatis, tum verò ij maxime, qui in i-  
psis temporibus vestris difficultatibusque  
id fecerunt. Synes. αὐτὰς οὐδ' ταύτας ὡς δὲ τὰς  
κρηθρὸς ἐκείνους οἷα σοι παρεσάναι εὐνοηθῆσαι, vno  
quoque tempore. Idem, ἀλλ' ἐστὶν ὀτυχίᾳ πα-  
ρ' αὐτὸν κρηθρὸν ὀτυχίᾳ. Refert autē quo quic-  
que in loco feliciter cedat. vel sic, at verò  
locus ipse refert ad felicitatis cumulum.

τοῖς γυμνασίοις ἀγωνίας νικῶσι τοῖς στεφανίταις.) An-  
notandum hic, quod Pollux lib. 3. de vocab.  
rerum ad Commodum Cæsarem scripsit,  
Agonum quosdam Stephanitas & Phylli-  
nas, qui sacri dicuntur, appellatos, quorum  
præmia in corona & frondibus erant. quos-  
dam Thematicos dictos, quasi posititios,  
qui etiā argyritæ dicebantur, ab argenteo,  
pecuniariòque præmio. Vide Annot. Bud.  
in Pandect.

ἤρην τὴν τῶν νόμων σὺνδικοί.) Syndici dicun-  
tur, qui in eandem causam incumbunt, vel,  
qui eandem causam defendunt, hoc est, ci-  
uitatum aduocati & defensores iuris publi-  
ci, quasi in causam publicam communiter  
incumbentes. Vnde Demosthenes lege  
fancitum Athenis refert, ne cui iterum syn-  
dicum fieri liceret, creatique à populo, id-  
que ideo, ne syndicia, id est, syndici mun-  
ob publicam vtilitatem inuentum, verte-  
retur in quæstum, cõpendiumque privatũ.  
Hoc nomine vocari possunt, quos hodie  
Deputatos nostri appellant. σὺνδικεῖν est ab  
eadem causâ dicere, & patrocinium suum  
in causam cõmunem afferre. Idem in ea-  
dem mox infra, γελῶν νόμῳ μὲν σὺνδικεῖν, νόμον  
ἢ αὐτοῖς παραβαίνειν ἔτερον, id est, hanc roga-  
tionem istos communi tueri patrocinio,  
legem autem contrariam & antiquiorem  
ob eam abrogare.

καὶ μείδιον.

Demosthenes pugno cæsus in teatro  
Da media Atheniensi prædiuite, cum  
ad populum accusavit. Tunc enim ab illo  
pulsatus est Demosthenes, cum Dionysia  
agerentur, qui ludi erant in honorem Li-  
beri patris instituti, curatòrque ludorum  
erat cū aliis delectus Demosthenes, quos  
choragos appellabant, eam iniuriam, at-  
que id crimen cū magnopere exaggerare  
vellet orator, aliquot hominum exem-  
pla recensens, qui ob huiusmodi faci-  
nora in fraudem capitalem inciderant, &  
ab iniuriam passis cæsi erant, ita inquit, οὐ  
γὰρ ἢ πληγὴν παρέσθη τὴν ὀργὴν, &c. Ut autem  
res melius intelligatur, vno aut altero ver-  
su locum aliis repetitum, traducam hoc  
modo,

modo, ac sesquiuersu producam. Nouerūt hoc multi, Euxona Laodamantis fratrem inter epulas, in conuentūque publico obtruncatū à Bæoto, vnicum ob colaphū inflictum. neq; verò vnica plaga irē impetum illi, sed ignominia ciuit. neque cædi ingenis graue est, tametsi est ipsum graue. id enim uerò demum graue est, ad contumeliam cædi. Siquidem multa facere, o viri Athenienses, existimari potest qui aliū cædit, quorum partem, ne is quidem qui uerbis afficitur, indicare satis sermone atque effari possit, ipsa perpetranda rei specie, obtutu truculento, uocis atrocitate, adde cū fugilandi animo, cū inimicum se profitendo, denique quum pugnis, & quum in malam cædit. Atqui hæc promouent, hæc inquam emouent de mentis suæ statu homines contumeliæ atque fugilationis insolentes. His commemorandis, o viri Athenienses, nemo est qui rei atrocitatem animis audientium oculisque representare queat, prout quidem est iniuria re ipsa conspicua omnib. numeris euidentiæ, iis qui rei spectatores fuerunt, ipsique ad eò iniuriam perpelso. Quorum uerborum oratoris hæc sententiā est, ea que rei adiuncta dicuntur (a Quintiliano etiam complexus causarum & circumstantiæ nomine appellantur, ut Græci appellant *ἀξιωμασιον*) esse huiusmodi, ut magna ex parte animo magis concipi, quàm uerbo enuncia ri possint. Citatur autem hic locus à Iureconsulto in Cap. Aut facta. §. qualitate rixæ. ff. de pœnis. Vbi cum Iureconsultus ea amplificationis argumenta, quæ à circumstantia ducuntur, in septem modos digesserit, qualitatis exemplum à Demosthene potissimum ducendum esse censuit, qui in qualitate & æstimatione iniuriæ, facinoris perpetrati speciem (quod schema ipse uocat) animaduertendam esse duxit, hoc est, habitum & affectum corporis, animiq; tam pulsantis quàm uapulantis, & quãdam ueluti actionem atque representationē improbitatis eius qui cædebat atq; impotentis animi, contraque fœdi ac pudēdi aspectus eius qui uapulabat exhibitionē, animo obuersari iudicum oportere, ut pœnā pro dignitate rei statuunt. In qualitate etiā ponit, truces minacēsque oculos pulsantis in eum qui pulsatur, tum uociferationem desæuiantis, territantisque eum qui uolētiæ cedit. Quæ omnia accidere uerisimile est, cum fugilandi animo id fit, id est, notā, ignominiamque inurēdi homini integræ famæ intemeritæque pudoris, quum inimicum se profitetur qui pulsatur, iniuriāmque

ita accipi uult, tanquam ab inimico offendique cupido illatam, cū plaga infligitur non expansa manu, sed in pugnum cōtracta, quo ictus sit nocentior & grauior, postremò cum in eam partem corporis de industria plaga incumbit, quo atrocissima noxa corpus multari potest, sugillatæque ea pars esse ac diu manere conspicua, indeque facies dehonestari. Hoc enim significat *ἐπὶ κόρης*, id est, *ἐπὶ τῆς σταθόνος πατάξαι*, Atticorum lingua loquentibus. quod Interpret ignarus pupillam transtulit, quasi *κόρης* Demosthenes scripisset. Hæc sunt, inquit Demosthenes, quæ homines iniuriis non assuetos animi impotentes faciunt, id est, quæ patientiam quantumuis prudenti excutiunt. Quintilianus in sexto, de concitandis affectibus loquens, Atrocitas, inquit, crescit ex his, quid factum sit, à quo, in quæ, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo, quæ omnia infinitos anfractus habent. Et paulum infra, Plurimum tamen, inquit, affert atrocitatis modus, si grauiter, si contumeliose, ut Demosthenes ex parte percussi corporis, ex uultu ferientis, ex habitu inuidiam Midia quærit. Idem alibi, Nanque in hoc eloquentiæ vis est, ut iudicem non ad id tantum compellat, in quod ipse à rei natura ducitur, sed aut, qui non est, aut maiorem quàm est, faciat affectum. Hæc est illa, quæ Dinosis uocatur, rebus indignis, asperis, inuidiosis addens vim oratio, qua uirtute præter alios plurimum Demosthenes ualuit. Hæc & plura in Annotationibus posterioribus in Pandect. Budæus. Quin & Alciatus eundem locum exponit Dispunctionum libro secundo, cap. 16.

*ζημασίσειν κελθεῖ καὶ ἀεὶ ὦν αὐτῆς ἡ δίκη καὶ ἡ ἀεὶ τὴν ἐροτῶν.)* *ζημασίσειν* hoc loco pro referre ad populum positum est. Et *ζημασίσειν* huiusmodi actio dicitur. alibi uerò prius reddere, & rebus explicandis constituendisque vacare, dixit.

*ἀλλὰ καὶ τὸ διδάσκαλον διέφθειρέ μου.)* Budæus legit *χοροδιδάσκαλον*, ἀπὸ τῆς τῆς ἡγεμόνα τῆς χοροῦ. Est enim ὁ χοροδιδάσκαλος καὶ χοροστάτης καὶ χοροστῆς, ὁ χοροῦ ἄρχων καὶ κορυφαίος. *δύο πάντα ὡς εἰς κεφάλαια ἐφ' ἅπασιν τοῖς ἑαυτοῦ νεανίσκοις ἐπέθηκεν.)* Hæc duo facinora flagitiosis, audacibusque factis addidit. Siquidem *νεανίσκοις* uoce passiuâ prolaturum significat præter alia temerè & confidenter aliquid audere. Alibi tamen aliter, ut infra in eadem, *ἐπὶ νεανίσκοις τοιοῦτον εἶδέν*, id est, nec strenua liberalitate in républ. usus est, id est, non obtulit se *χορηγῶντα*, ut ego feci. *τὰ μὲν οὐδ' εἰς ἐμὲ τῶν φιλέτας ἠσέλγη μὲν.)*

ἀσελγείν est petulanter & improbe agere, & per petulantiam quempiā pulsare & conuiciari. ἀσελγείν δὲ verò, huiusmodi iniuriam, vel contumeliam pati, quod etiam ἐνασελγείν δὲ vocatur. & contumeliæ ipse τὰ ἐνασελγείν δὲ, καὶ τὰ ἐνασελγείν δὲ, καὶ ἡσελγείν δὲ, dicuntur. Vnde in orationis huius argumento Libanius vel alius interpretes ita inquit, *πραυδὲ ἢ ἡμεῖς ὅτι ἀσελγῆς λέγετ' ὅμη μὲ τῶν μὴ τε δημοσίων, μὴ τε ἀρετῆς.* noménque hoc ab vrbe Selgo dictum inquit, in qua viri erant omnes probi.

*εἰ μὴ ἀρετὰ ἀλλοίωσεν αὐτ', ἀλλ' ἐδίκαζέ μιν.*) Si cum non criminali iudicio aggressus esse, sed ciuili. vel, quòd si ego illi statim diem nò dixissem, ob temerata ludorum celebritatem, sed priuatum iudiciū iniuriarū intēdissem, obiectum utique illico mihi foret, nò esse quod quereret verisimile, quippe si id verum esset, oportuisse hominē in re præsentī postulatū, quando ea iniuria ad populum pertineret, cū in munere publico fungendo iniuriam passus essem. Porro verbum *προσβάλλεται* de iis dicitur, qui criminosè agunt, vt etiam *ἀθυρόν, κήρην, εἰσαγγέλλειν, γράφεται, ἐπιεικύναι*, hoc est, deferre, postulare, arcessere, insimulare.

*τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ἑμῶν, ἢ μὲν πολλὰ ποιαῦτα γήνηται,* &c.) Attici per præteritum sæpe loquuntur de futuro, vt hoc loco etiam videre est. Ne autē, inquit, in posterum quisquā huiusmodi petulantia vti ausit, quis non videt hoc præstaturum, si vt quisq; conuictus ac damnatus iniuriarum fuerit, ita pœnam legitimam luerit. De futuro enim loquens, participio præteriti temporis vsus est. Latini sic quodammodo loqui videntur, cum per futurum subiunctiuū efferunt quòd dicunt, quòd ipsum à præterito formatur. Exempla vide in Comment. Budæi.

*ποῦ δὲ ἀκουσίως ἀδείκτως καὶ φιλανθρώπου πολλῆς ἠξίωσαν.*) Clementia dignos censuerunt. Est enim *ἀδείκτως* venia & misericordia, & personæ periclitātis respectus & tuitio, vltionis animaduersionis que remissio. Lege autem licebat, cedis non voluntariè crimē euadere, si is qui cedis reus erat, quendam ex consanguineis precibus exorare potuisset, & ad clementiam adducere: cuiusmodi exorata placabilitas *ἀδείκτως* vocabatur.

*τί γὰρ δήποτε, αὐτὸς τις ὄφλων δίκην μὴ ἐκπίση, οὐκ ἐπιπίσειν ὀνόμος ἢ ὀξυλῆς ἰδίαν ἀλλὰ προσημῶν ἐπιπέσειν τε δημοσίῳ.*) Ad horum verborum intelligentiam scire oportet, quòd pecuniæ damnato tempus rei iudicæ faciēdæ præstituebatur, quo elapso, si iudicatum nò faciebat, is secundum quem iudicatum fuerat, in possessionem bonorū damnati mitterebatur. Qui si inde vi expelleretur, iudiciū

iam non priuatum, sed publicum esse incipiebat, hoc est, *ὀξυλῆς δίκη*, quæ actio erat pœnalis, cōtra vim inferentem, cumulabaturq; iudiciū priuatum iudicio publico. Erat enim *ὀξυλῆς* siue *ὀξυλῆς δίκη*, interdictum vnde vi, & iudiciū de vi, vel quasi vis publicæ iudiciū, non quòd publicū per se crimē esset, sed quòd multa in publicum cōmittebatur: vt sit hodie, quum ex disceptationib. priuatis enascitur actio procuratori regis, cuius dānatio & multa cedit in fiscum. *ὀξυλῆς* verò *ὀξυλῆς* τὸ ὀξυλῆς ἢ κτήσεως dicitur, quòd est possessione eiicere, quò verbo *προσβάλλεται* etiam vitur. Inde illud à Demosthene dictum hoc loco, *τί γὰρ δήποτε αὐτὸς τις ὄφλων δίκην μὴ ἐκπίση, &c.* Quānā enim de causa si quis debitor est ob rē iudicatam, & nò soluerit, lex iudicium de vi non iam priuatum esse voluit, sed in eum animaduertēdum esse multa iussit in publicum cessura? Et inferius sibi respondēs, *ὅτι τίς ἴσθι πάντ' ὅσα τις βιαζόμενος προσέτει, κοινὰ ἀμειψήματα, καὶ τῶν ἑξωτ' ἀπολέματος ὄντων ἠγείτο ὀνόμος δέπης,* quoniam quæcunque vis violenter facit, communes ex eo iniurias legislator esse censuit, ad quos res ipsa non pertinebat. Porro autem *ὄφλων δίκην* dicitur, qui rei iudicæ debitor est, qui si non soluebat intra terminum rei iudicæ, nec patiebatur bona sua possideri, tūc erat res ei etiā cum republica, non tantum cum creditore. Vt si quis hodie pignus prætorium vi auferat, de vi tenebitur.

*ὅθεν γὰρ οἶον ἀκούειν αὐτὸν τὸ νόμου.*) Nihil enim vetat. Siquidem *οἶον* etiam *αἰπὸν* ἢ *κωλύον* πῆται. Aristoph. *ἀλλ' οὐδὲν οἶον ἐς ἀκούειν τῶν ἐπιών.* potest tamen etiam significare melius, *βέλπον*, vt nihil melius quàm verba legis audire, &c.

*τῶ μὴδὲν ὑποσεύλαμνον πρὸς ὕβριν.*) Ei qui nihil remisit conatus, quo minus contumeliosus esset. Est autem *ὑποσεύλαμνον* vires remittere, hoc est, nò acriter, nò omni conatu agere, & consulto vinei, parique cedere. quòd etiam *ὑφίεται* dicitur, vt qui gratificandi gratia & obsequendi contentionem remittunt.

*ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ὀξυλῆσι καὶ ἀφροσύνης ἀντιθέτων ἢ προσηλαμνίζεσθαι.*) Hæc permouēt homines, hæc extra se erumpere faciunt, hoc est, mente alienari & furere. Est. n. *ὀξυλῆσι* τὸ ἐκπλήττω καὶ εἰς θυμὸν ἐνάγω, mente emoueo & alieno, in furorē & mētis alienationem ago. quòd Cicero pro Cecinna sic extulit, Periculo mortis iniecto, formidine animū perterritum loco sæpe & certo de statu dimouet. Ita hic Demosthenes *ταῦτα ὀξυλῆσιν ἀφροσύνης αὐτῶν*, hoc est, *ὀξυλῆσιν* quem locū in tra-

in tractatu de Pœnis citatum à Iureconf. Budæus etiam in Annotationibus in Pandect. interpretatur.

*δύνατο τὸ δεινὸν παρὰ τὴν γῆσιν τοῖς ἀκούουσιν ἕπαιτος.)*  
 Hoc loco *παρὰ τὴν γῆσιν* aeterna voce significat animo repræsentare alicuius rei imaginem & quasi in rem præsentem perducere, quæ admodum *παρὰ τὴν γῆσιν* animo obuersari, animum subire, in mentem venire. alibi autem in eadem *παρὰ τὴν γῆσιν* dixit pro commouere & cedere, ὅτι πλὴν τῆς παρέσεως τὸ ὄργον, ἀλλ' ἢ ἀπῆλθε.

*ἰούκα τὰς δικὰς ἐλαχρον τῆς παρὰ τῶν, &c.)* Cum primum tutelæ experiri cum tutoribus meis cœpissim adhuc adolescentulus existens. De *λαγχάνω δικῆν* alibi dictum est. In causis capitalibus postulare significat & accusare, ut in eadem infra, ἐγὼ δὲ αὐτὸν τῶν ἀπῆλθε, λελοπιτέναι μὲν, ὡς ἀδελφοὶ ἀθλιωταῖοι, τὴν τῆς δικῆς τῶν φόνου δὲ αὐτὸν εἰκότως ἐμαυτῶν λαγχάνω, &c. Ego verò iudices è diuerso interpretadam existimo, ut si hunc reum missum faciam, viri boni officium deseruisse videar, mihi-que metipse cedis iudicium dictauisse. neque enim mihi, si hoc in me admitterem, causa superesset, cur vitam propagarem. Idem, *δικῆν ἢ τούτω λαγχάνω ἕπαιτος τῆς κακηγορίας, εἶλον ἐρήμιον.* Cum autem iniuriarum cum eo maledicta expertus essem, indicta causa dñauit, hoc est, cum ille ad iudicium non affuisset. Vnde *ἐρημος δικῆν, & ἐρήμιον δικῆν*, dicta, de quo alibi in Annot.

*τότε μοι μετὰ λόγου εἰσίναι τῆς δικῆν.)* Tū demum, inquit, iste suo cum fratre me oppressit in articulo, quum ego tutoribus meis tutelæ iudicium dictauissem. Die enim vadimonij appetente, iam iamque iudicibus mihi vacaturis, affilientes isti, intròque irruentes in ædes meas, antidosim mihi trierarchiæ impingunt. Et nomen ei quidam rei ille accommodabat, eratque Thrasilochus, qui me antidosi prouocabat, quum omnia re ipsa ab isto agerentur. Quin & ostia cubiculorum tāquam iam sua facta, eiusmodi conditione lata, concidere cœperunt. Hoc etiam appellatur, *εἰς εἰντὸν τῆς κηδεύουσιν πῶς πλουσιώτερον*, loco sui substituere locu-pletioem. Atque hic verbum *ἀντιδοῦναι* accusatiuo iunxit munus significante. Plura *πῶς ἀντιδοῦσιν* vide in Comment. Budæi, & in Oratione *πῶς φαίνωσαν*, vbi autorem eius fuisse Solonem legislatorem ostendit.

*καὶ ἐπειδὴ ἦκεν ἡ κυρία τῶ νόμου, οἰδαμὲν ἐκ ἀπαντήσανται μετὰ τὴν τῶν δικῶν, &c.* Verba sunt testium. *κυρία* autem pro die statò à lege posuit. Vnde *ἀπαντῶν πῶς τῶν κυρίων, & ἀπαντῶν πῶς τῶν δικῶν*, obire diem vadimonij, & adesse ad iudicium die vadimonij. *κυρία* enim dicitur dies vadimonij, vel dies legitimus & status. Idem paulum infra, *καὶ τῶν*

*μὲν καὶ τῶν δικῶν τῶν γῶσιν, ἡ ἀπῆλθε κλητὸν κατε-σπύσασιν, αὐτὸς κυρίαν αὐτῶν πεποιήσεν.* Quo loco *κυρία γῶσιν* dixit, id est, ratam iudicis cognitionem. *ἀπῆλθε* verò irritum. Et cognitionem quidem, inquit, τῆς ἀρχόντων καὶ τῆς κρά-πανος τῆς διατητῆς, tamet si ἀπῆλθε κλητὸν, id est, nulla Stratonis in ius vocatione institutam, ratam ipse sibi fecit sua fraude. Vadimonium verò, id est, diem iudicio sistendi quo mihi erat obstrictus, irritum facit & antiquandum, cum ad iudicium non adfuerit, cum id vadimonium non obierit, cum iudicio sistendi sponsonem non præstiterit, & ut Ciceronis verbo loquar, cum ipse non stiterit, sciens & prudens se rectè atque ordine in iudicium vocatum esse. Dicuntur à Budæo in Commentariis, quæ ad huius loci expositionem attinent, vbi verbum *δικῆν* enarrat. Est enim locus ille orationis subobscurus. Porro *κυρία ἡμέρα* dicitur quasi rata & fixa, ad quam qui non adfuerit, moram purgare nequit, ut quidam ius erat constitutum apud antiquos & Græcos & Romanos. Erat enim deserti vadimonij pœna ignominia, ut mox ex hac ipsa Oratione καὶ μετὰ τῶν liquet his verbis, *πίστας ἢ πῶς ἀπῆλθε ἀνδρόντα δοῦναι τῆς ψήφου, &c. οὐδὲν πῶς παρῶντος, ἐκβάλλει τὸ ἀπῆλθε τῆς διατητῆς.* Bona enim possidebatur eius, qui in eremodiciu incidisset. Cicero pro Quintio, Ergo hercule cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur: & quæ eo loco sequuntur, pulchrè huc facientia. Ut autem *ἀπαντῶν τῶν τῶν κυρίων, & τῶν τῶν δικῶν* pro occurrere ad vadimonij diem dicunt, quo Tranquil. in Calig. vsus est, & Demosthenes in hac Oratione identidem vitur: ita etiam *φυροδικῆν καὶ καταλείπειν τῶν δικῶν*, pro vadimonium deserere, quod non nisi iustissima causa & maximè fontica fiebat, & *ἐρήμιον δικῆν*, vadimonium desertum, vnde vno verbo eremodiciu dicitur; ut in Pandectis à Budæo annotatū est. Sed & huc pertinet, quod *τῶν κυρίων ἐγγράφαι*, diem vadimonij in acta referre dicunt, & Demostheni familiare est. & *κυρίας ἐνεσώσης*, appetente die vadimonij. Item paulo superius, *διδόναι τῶν ἐρημων*, quod significat secundum præsentem de absente, vel contra absentem nunciare. quod forensi nostro vocabulo, dare defectum dicitur, ὅτι κατὰ λαμβάνει τῶν ἀρχόντων, οἰδόντας, καὶ τὸν κράπανα ἀπῆλθε, ἢ δὴ τὴν ἐρημον δεδωκότα. Sequitur ergo post supradicta orationis huius verba, *οὐποσὶ δὲ τῶν ἡμῶν ὁ κράπανος, ἐπειδὴ πῶς ἦκεν ἡ κυρία, &c.* Hic Strato qui nobis arbiter erat cōtrouersia, quū ali quādo venisset dies vadimonij (omnia autem iam præterierant quæ leges litigatoribus

indulget, dilationum postulationes, exceptiones, nihilque iam erat reliquum) primum orare me instituit, ut arbitrium prorogarem & sustinerem, deinde ut in crastina reiicerem, postremo, quum ego diutius re prolari non permitterem, nec iste ad iudicium sisteret, & iam ad serum horæ statæ vetum esset, Strato arbitrium contra hunc pronunciauit. ἀναβολαὶ sunt dilationes. ὑπομνήσται sūt dilationes quæ iureiurando postulatur, & impetrantur, hoc est, ἔνορκοι ἀναβολαί, dilationes propter fonticum morbum, aut aliam legitimam causam impetratæ. Et ὑπομνήσται verbum, τὸ ὑπομνήσται καὶ ἀναβάλλει τὴν δίκην πορράσει ἀποδημίας ἢ νόσου. Plura in Comment. Bud.

ταύτῳ ἀποδημητῶν ἀποφάνει, καὶ τοὺς ἀρχοντας μεταγράψεν. Id est, ἢ εἰ αὐτῷ ὑπογράψω ἀναβάλλειν εἰς ἀδείτησιν καὶ ἀποδοκιμασίαν. Est. n. μεταγράψεν arbitrium inducere, & circumducere, hoc est, sententiam arbitrorum antiquare, quod ἀποδημητῶν ποιεῖν τὴν δίαιταν Demosthenes vocat.

Ἐπεὶ εἰς ἀθλιωτῶν ὅτι μειδίας ἔρημον ὄφρα δίκην. Et nunc vnus ille Atheniensium, ob id quod Media ab ipso deserti arbitrii iudicatus est, omnibus ciuitatis iuribus mulctatus est, & semel ignominia affectus. Vbi notandum, quod ἡ ἀπίμωσις grauioris supplicij instar erat, duóque erant eius genera. Idem in eadem, ἐκούσιν ὁ μὲν ἡπίμωσις καὶ ὁ δὲ ἀπόλων, ὅσιν ἔδ' ὀποιῶ πέπονθεν. ἀπμοὶ enim velut fortunis omnibus euersi, ciuilia iura non retinebant. Quin & si quispiam ἀπμόν πνα violabat, lege ille agere ob verbera non poterat. licebat etiam ἀπμοὶ καὶ τοῖς ἀππιδαισ impunè interfici, ut præsidij legum exortes. id quod ex Libanij declamatione pro Halirrhodio liquet, ut fuerint ἀπμοὶ δικτι, ὡν πεπονδὺ μέρων ἢ κακῶς πεπονδὺ μέρων, ἀδεμία καὶ ὄλωσιν, τεπέσι πμωρία. His non dissimiles fuerunt quos Latini intestabiles vocabant. ut Horatius in Sermonibus: Intestabilis & sacer esto. De quo supra etiã nonihil in Philippicâ 3. Ereptione verò ἀππὸ βήπιμος est, nulla ignominia præditus, hoc est, integri nominis, integre conditionis & famæ. & βήπιμος, status ciuis iustus atque integer. & βήπιμος quæ in iuris legumque præsidio sunt, sicut contra ἀπμα, in quæ cuius volenti inuadere licitum est atque diripere, ut καὶ ἀεισοκατ. etiam dicetur. Et in eadē hac καὶ μειδίας paulū infra, καὶ εἰ μὲν ἀδραβὰς τοῖς νόμοις ἔλαβε τοῖς πενήκοντα δραχμαῖς παρ' αὐτῆς, καὶ τὴν δίκην κατεδήτησεν, ἀποδημητῶν ἀπέριπεν, βήπιμος αὐτῶν, &c. de arbitro loquens, qui Mediæ fraude, indicta causa damnatus erat, ob idque infamia notatus. Quod si ille, inquit, cōtra legū indicta quinquaginta drachmas accipere in animū induxisset, mercedem circumducti

arbitrii, ipse qui nunc ignominiosa sententia mulctatus est, æquo iure vobiscum, atque integra fama viueret.

ἀλλ' οὐ μὴ ἔσαν ἀππλαχρῶν ἐξέλω ἀππὸ δίκην. At licebat illi iudicium refortiri, sententiãque arbitri nullam esse, & irritã defendere, mecumque litē negociumque instituire, quocum ab initio fuerat, quod ille facere non voluit. Est enim ἀππλαχρῶν, vicissim litem intendere, auctori & victori quaestionem referre, quod iuris studiosi hodie reconuenire dicunt. Vide quæ huc attinent καὶ ἀππληξίως in Cōment. Bud. Porro autē hoc loco etiam ἢ μὴ οὔσα dicitur iudicium nullum, ut latini Iurisconsulti loquuntur: quemadmodum & testamentum nullum, pro irritò & lege abrogato, apud Ciceronē in præf. vrbana: Minutius quidam mortuus est, eius testamentū erat nullum, lege hæreditas ad gentem Minutiã veniebat. Cæterum τῆ μὴ οὔση δίκη similem esse ἢ ἀνάδικον, & fortasse eandem, πορρῶς βιωτὸν dictum est.

καὶ μὴ κέπ καταφερέτωσαν, ἀππὸ τούτου εἰς ἔταρον δικαστήριον τῶν ἀεικλήματα. Verba sunt legis compromissorum. vbi nō καταφερέτωσαν, sed μεταφερέτωσαν legendum censer Budæus. Quod autem mox subiungitur, ἀλλ' ἔστω τὰ κειδέντα ἀππὸ τῆ δεικτῆ κύρια, notandum quod his verbis, ἔστω κύρια τὰ κειδέντα, significabāt, se nolle ad aliud maius iudicium prouocare. καὶ τὰ δεικτῆ κύρια, hoc est, Et quod arbitri statuerint, id semel ius ratum que esto, ἢ μὴ κέπ μεταφέρειν ἐξέστω εἰς ἔταρον δικαστήριον. Atque his verbis intelligimus etiã nō licuisse à compromissario arbitro prouocare. Erat etiam aut moris, aut instituti legitimique iuris, ut arbitrorum sententiã οἱ ἀρχοντες subsignarent, quo magis in rem iudicatam transfiret, & executionem iudicati pāreret, ut ab Interprete etiam annotatum est, ἢ δὴ ἢ ἔστω ἔρας ἔσσης καὶ σπότοις, ἔρχεται μειδίας οὔτοσι πορρῶς τὸ τῶν ἀρχόντων οἰκημα, καὶ καταλαμβάνει τοὺς ἀρχοντας ἐξέλιόντας, καὶ τὸν ἐπάπωνα ἀπίσντι, ἢ δὴ τὴν ἔρημον διδωκότα, &c. offenditque eos conclaui suo exētes sub noctem scilicet, Stratonemque ipsum arbitrum sortito datum iam profectum, cum vadi monij deserti nomine secundum me pronunciaisset: τὸ μὲν οὖν πορρῶτον οἷος' ἐὼ πείθειν αὐτὸν, τὴν δὲ δίκην καὶ καταδημητῆται, ταύτῳ ἀποδημητῶν ἀποφάνειν, καὶ τοὺς ἀρχοντας μεταγράψεν, καὶ πενήκοντα δραχμαῖς αὐτοῖς ἐδίδου. Et quidem nihil veritus est Mediæ primū suadere arbitro arbitrium illud damnatorium, ut in absolutorium verteret, magistratibusque ipsis ut arbitrium iam ab ipsis subscriptum circumducerent, & in diuersum mutarent, ob idque quinquaginta illis drachmas promittere. Cæterum ἀρχοντες qui fuerint, non ita planè constat. Suidas

das nouem fuisse autor est, & inter eos numerat Thesmothetas. rectè, vt opinor, cum idem sentire videatur enarrator Demosthenis. Quippe qui ἀρχοντας etiam δημοθέτας appellat. Sed vnus erat princeps collegij & præfectus, qui ἡγεμὼν & ἀρχὼν vocabatur Athenis, ἐπὶ νόμος τῶν ἀρχόντων καὶ εἰς τῶν δημοθῶν. Demosthenes in eadem hac, πείσας τῶν ἀρχόντων δούναί τιν ἡγεμόνα πᾶσι τοῖς νόμοις, id est, τῶν ἀρχόντων, vt alibi dixit. Quæ admodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat, atque ideo quæstionis iudex est, & quæsitōr, vt in Pandect. annotatum est: ita hic ἀρχὼν Athenis τοῖς δικασταῖς λεγομένοις præfidebat, vt alibi diximus. Idem in eadem, εἰς οὗτ' ἀνεκρίνετο ταύτην ὁ συνοφάντης ἐμῆνος οὐδ' εἰς τὸ δένος ἐνεκα αὐτ' ἐμῆνώσατο, πλὴν ἵνα ἐκπέσοιτο κατὰ τῶν ἐπινομῶν, καὶ πάντες ὄρωεν, neq; ille calūniosus delator ad iudiciū affuit, cuius mihi diem dixerat. Plura in Comment. Bud.

ποιῶντι συμφορὰν ἀπειπίλων ὑπὸ τούτου. ) Id est, ἀπειβέβλη) ὑπὸ τούτου, deiecit est, & decidit πικρὰ καὶ ἀδυσίση) καὶ κληίση, καὶ τούτοις αὐτὸν ἐξαίτησται Liberos. n. suos producet lacrymabundos, seu plorabit, eorūque misericordia seipsum supplicio eximi deprecabitur, siue à vobis seruabit: hoc est, eorūque lacrymis sese condonari postulabit. id. n. est ἀδυσίσησας, in medium producere & excitare, quod etiā ἀνάβ, βλάσασται dicitur. ἐξαίτησται autem τοῖς κερνομένοις est noxa & periculo reos eximere, ex reis eximere, rei pœnam deprecari gratia vel autoritate. hinc dicta ἐξαίτησις.

οὐ μὲν εἰς τὸ εἶς ἐσηκε τὸ ἀεζμα.) Nec verò hæcenus negociū procedit, nec tamen hic res insistit, sed porrò progreditur. de εἰ μὲν, καὶ εἰ μὲν, ἀλλ' vide Bud. in Comment.

καὶ γὰρ οὗτ' ἀνεκρίνετο ταύτην τὴν γραφὴν ὁ συνοφάντης ἐμῆνος.) Neq; enim ille calumniator ad diem affuit percuntationis solennis, vt rogaretur à magistratu. quod perinde valet ac si diceret, accusationem pro derelicto habuit, cuius rei multa erat ignominia nota. erat. n. simile aliquid iurisiurandi de calumnia. Erat autem in causis capitalibus ἀιάνησις, cum delato nomine rei receptoque accusator interrogabatur à magistratu, an omnino constituisset accusationem prosequi, reūque peragere, an testes aut testimonia exhiberi postularet, & alia eodem pertinentia. idque ἀιάνησεν à percuntando dicebatur. Ex Annotationibus posterioribus in Pandect. de quo verbo plura etiam in Comment. Bud.

πλὴν ἵνα ἐκπέσοιτο κατὰ τῶν ἐπινομῶν.) Ex hoc loco satis patet, morem illum proponendi programmatis Athenis etiam fuisse. ἐκπέσοιτο enim significat expositū esse & proscri-

ptum. & in Orat. καὶ συνοφάντου satis annotatū est, ἐκπεμμένοις esse τοῖς φαινομένοις, hoc est, reos, qui pendentes Latinis dicuntur. Plura vide in Annot. in Pandect.

καὶ τοὶ ταῦθ' ὅταν ἐξελήχθηται πειῶν κατὰ οἷς ὑβριζέ με χορηγοῦντα. Sed cum planum fecerò hæc cum cōmississe, qua tandem venia dignus erit? Vbi καὶ τοὶ seruit δημοσίῳ. Id Cicero per at expressit in Verr. actione vlt. At quemadmodum ipse sese induit priore actione: id est, quomodo sese indicauit ipse & prodidit: καὶ τοὶ πειῶν αὐτὸς ἔσπεν ἀπειβέβληκεν ἑαυτὸν ἐν τῇ δημοσίῳ λογίᾳ; Vide Comment. Bud.

δημοσίῳ εἰς τὴν γραφὴν τῶν φόνων ἀδυσίσησται.) Hoc in loco ἀδυσίσησται, nō tā præscribere significat & excipere, quàm accusationem transcribere & transferre, vel Demosthenē præterea accusare, & in eum, præterito alio, accusationem criminēque intendere. Plura in Commentariis Bud. vbi etiam κατὰ ἀδυσίσησται ex Quintiliano.

ὡς ἐπιπασσάμενος με φόνου, ἀπειβέβηται σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιοῦν ἀιρέσειντα.) Hic qui me cædis crimine reum facere instituit, cum ego à curia sacrificulus tertius designatus sum è numero omni ciuium, vt sacrum pro populo Deabus venerâdis facerem (sic enim Eumenidas appellabant) nulla intercessione obstitit quo minus sacrificium auspicaret. Purgare se vult Demosthenes suspicionem conscientia cædis, quam & inimic⁹ obiecerat. Summa autē fuit cura antiquis vindicandarum cædium. In curia enim Areopagitarum sacrum fiebat Eumenidibus, quas σεμναῖς θεαῖς vocant, bene ominandi gratia. eas enim existimari volebant eius esse curia præfides, in qua sicarij iudicabatur, tanquam vindices, vlticēsque hominum necatorum. Quibus sacrificuli ob id tres erant instituti, id est, ἱεροποιοί. Notandum præterea, quòd in Areopago cædes consultæ iudicabantur, id est, φένοι ἐν δημοσίῳ, non autem ἀκούσιοι. Plura vide in Annotationibus poster. Pandect.

τὸ τοῦτο γὰρ τὸ οὐκ ἔχον ὅστιν ὑπερβολῶν ἀπεδυσίσησται.) Hoc scelus nullo scelere superari potest. opponitur enim τῇ ἐλλείψει ἢ ὑπερβολῇ. De quo etiam καὶ ἀφ' ἑβου.

ἐφ' ἅπασιν ἢ τούτοις ὁ θεὸς ὡς χορηγὸς ἐγὼ καθεῖστήμην.) Postremò deus ipse, cuius ludis peragendis ego choragus designatus fueram, simul fas ipsum eiusque maiestas & numēs, quodcunque est illud tandem, mecum vtiq; contumelia affecta sunt. nā ὅσα singulariter etiam vt ὄσιον dicitur id quod fas appellamus, id est, numen metuendum & reuerendum. Idem alibi, οὐτε θεοῖς οὐδ' ὀσίᾳ, pro nec deos nec fas dixit.

ἐπεὶ παλαιρεθεὶς ὄντα τὰ ὄντα, ἴσως μὲν ἐκ αὐτῶν ἕρ-  
ζοι.) Si ab eo auferrentur eius diuitiæ, & pu-  
blicarentur, modestius deinde ageret. vel,  
quod si bonorum publicatione multaretur.  
Siquidem Græcis ἐπεὶ interdum perin-  
de valet, vt nobis, quod si. De quo amplius  
ᾠδὲ σεραίου, & in Comment. Bud. Porro πα-  
λαιρεῖσθαι passiuè sic dicitur, vt ἀφαιρεῖσθαι.

εἰ δ' ἄρα, ἐλαττονος ἀξίος ἔσται τὸ μικροτάτης παρ  
ὑμῶν.) Quod si purgat improbus, & iniuria-  
rum illator esse, vilior & contemptibilior  
erit homine apud vos abiectissimo. Est. n.  
εἰ δ' ἄρα idem quod εἴπερ ἄρα, pro quo etiam  
εἰ δ' dixit in eadem infra, θάρρει νῆ δια φήσεε  
πρὸς αὐτὸν, ὅτι οὐδὲν ὑβριδῆσθαι. εἰ δ' ἄρα, τότε ὀργισθε,  
νῦν ἀφέντες. At enim, dicet aliquis, confide,  
iam securus esto similis iniuriæ. Quid igitur,  
si idem iterum admittat, tunc ne iram  
vestram exercebitis in eum, quem vos  
nunc impune abire siueritis?

ἀλλὰ δ' εἰσὶν τινὲς εἰσὶν, ὧ ἀδρες ἀθλωμαῖοι, φθείρε-  
σθαι πρὸς τοὺς πλοσίους.) Id est, quidam eo in-  
genio præditi sunt, vt cupidè suam operâ  
diuitibus venditent, sese aduocatos & fau-  
tores illis adiungant, testimoniόque suo  
illos adiuuent. De verbo φθείρεσθαι vide  
Comment. Bud.

καὶ γὰρ μὲν κατ' ἐμείνοισ τοὺς χροῖους ἐξ ἱππαρχου  
διδού, ἐν πάσι δὲν ὄξελθῶν.) Atque ego quidem  
illo tempore trierarchus esse cœpi, statim  
atque è pueris excessi, tuncq; bini eramus  
trierarchi, omnè sumptum ex priuatis fa-  
miliis suppeditabamus, ita vt nauium ap-  
paratum supplementumq; ipsi præberem?  
Et paulo inferius, πηικαυτῶ, ἢ τὸ πρῶτον ἢ  
πῶς, ὅτι πρῶτον μὲν δημοσίους πεποιήκατε συντελεῖς  
ὑμεῖς, &c. Tum demum aut Midias trierar-  
chiam attigit, cum primùm mille ac ducē-  
tos collatores constituistis, à quibus isti ta-  
lentum exigentes, talēto trierarchias ob-  
eundas locant. εἴτε τὰ πλεονήματα ἢ πόλις παρέ-  
χει, ἢ σιδοὴ δίδωσιν. Tum supplementa & ar-  
mamenta respublica præbet. Verba sunt  
Oratoris, eleuare cōtendentis munus trie-  
rarchiæ, quod Midias & diuites nonnulli  
graue esse sibi iactabant, tanquam vniuersi  
muneris redemptoribus præbitoribusque  
eo se nomine populo Atheniensi imputā-  
tes. Ex quibus verbis intelligimus, illos  
mille ac ducentos talenta singula pensita-  
re solitos, id quod etiam alibi dictum est.  
Vide plura lib. 5. de Asse.

ταλάντες μισθοῦσι τὰς ἱππαρχίας οὗτοι.) Id est,  
tantidem locant præbendas naues & in-  
struendas, quantū ab ipsis exigunt, ita fit, vt  
nihil de suo impendant. Est itaque μισθῶ τὸ  
ἐργον, ἀπὸ τῆς ἐκδιδώμης, faciendum loco. Idem  
ἐμίσθωσε πασίων τῶν ἑαπεζαν τούτων, locauit con-  
ductori Pasioni certa mercede vtendâ. μι-

σθούμα verò conduco significat, vt πασίων τῶν  
ἑαπεζαν ᾠδὲ φορμίκωνος ἐμίσθωσατο.  
ἢ ἑὶς ἀκολούθοις ἢ τέταρτα αὐτὸς ἔχων, ὄξελθῶν  
ἀγορῆς σοβῆι.) Id est, improbè & insolēter in  
medio foro populum summouet, ac turba  
comitū sibi viam aperit. hoc est, ἐν ἑαπεζαν τοῖς  
πολλοῖς, ἢ ἐνυβρίζει τοῖς ᾠδὲ πτωχοῖς, ἢ ᾠδὲ πτω-  
νίζεται τοὺς ἐπιτηχεῖν ἰστας καὶ ὁδὸν αὐτῶν, hoc est,  
cubito propulsat obuios, & subnixis alis  
incedit, vt Plautus: Subnixis alis me infe-  
ram, atque amicibor gloriosè. Est itaque  
σοβῶ inter alia, improbè ingredior, & ob-  
uios summoueo.

ἔχει ἐστονήσατε τὸν ἱππαρχον.) Hūc equitum  
præfectū creauistis, qui ne in transuentione  
quidem, que per forum fieri solet, equo ve-  
hi potest. Transuentionem enim apud T.  
Liuium, Suetonium, & Valerium, pro equi-  
tū probatione dici, quod à Græcis, vt hoc  
loco ὄξελθῶν ἢ ἀγορῆς appellatur à Bud. in  
L. secundam, de in ius vocando, annotatum  
est. Similem aut legem fuisse apud Athe-  
nienses, testis est idē Demosthenes in ea-  
dem Oratione: qui etiā legis verba ponit,  
cuius Euagorâ latorem fuisse dicit, Ne sei-  
licet in pompa Liberi patris prehendi ali-  
quem, aut pignora capi eius liceret. Trans-  
uentionem hodie môstram vocamus, quū  
equites solenniter recensentur. Hæc, &  
plura Budæus in Pandectis.

οὔτε ποιπέτων, οὔτε δίκην ἡρμικῶς, &c.) Id est,  
ἐδελμῶν δίκην νενικηκῶς. Est enim αἰεθὸν τὴν δίκην,  
vinco iudicio, reum perago: quod de acto-  
re tantum dicitur.

ὑμεῖς, ὧ ἀδ. ἀθλω. σμίεσθαι δέκα ταλάντων ἐπι-  
μίστατε.) Vos autem iudices Smicroni mul-  
ctam talētorum decem irrogastis, & toti-  
dem aliorum Scitoni, ob id quod rogatio-  
nem quandam iniquam, & legibus aduer-  
sam promulgasset, quam pœnâ nec eius li-  
beri, nec amici, nec cognationis aduoca-  
tionisque eius intercessio supplex, & mise-  
ricordiam implorans deprecari potuerat.  
Hinc satis apparet magnas fuisse apud A-  
thenienses maleficiorum multas, vnde  
suam etiam seueritatem Romana iura  
mutuarunt. Vide plura lib. 5. de Asse.

μὴ δῆτα, οὐ γὰρ δίκην.) Videte obsecro, ne  
faciatis. Siquidē μὴ δῆτα, ἀπαγορευτικόν ὄξελθῶν. De  
quo ᾠδὲ σεραίου. Ponitur tamen etiam μὴ  
δῆτα, pro dij auertant, dij meliora, vt in hac  
eadem mox infra, ἐμοὶ παιδία οὐκ ἔστιν, ὄξελθῶν  
ἄρα τὸ πεποιήκωτος ὁ πεποιθὼς ἐλαττον ἔξω παρ' ὑ-  
μῶν, μὴ δῆτα. Pro quo etiam μὴ γὰρ δῆ dicitur.  
Plura in Comment. Bud.

ὡς ἐὶ πρὸς οὐκ ἔστιν ὄξελθῶν.) Ita vt etiā  
eos, quib. cū nihil tibi rei est, dolere conti-  
gerit. Dicitur. n. ita Græcè etiā ἔστι μοι πρῶτον  
πρὸς τὸν, vt Latine, est mihi cū eo negotiū.  
πῆς

πὶς γὰρ ὅστις καταχειροτονήσεται, &c.)  
 Ecquis est enim hominum, qui præiudicio  
 populi damnatus violatæ quoque religionis,  
 non eam ob rem publico caruisset, domiq;  
 delitescens, modestum se ciuem exhibuisset,  
 si non omne postea tempus certè quidem  
 quoad in reatu fuisset, & vsque ad iudicium.  
 quod dixit *γερῶν*, idem est quod a  
 libi, *ἀλλὰ γὰρ, καὶ ἀλλὰ*, Cicero quidem certè  
 extulit de Natura deorum, Debebant quidem  
 illi omnes bonos efficere, siquidem  
 hominum generi consulebant: sin id minus,  
 bonis quidem certè consulere debebant.

*πλῆθοι πολλοὶ σωεσπικότες, ὡς ἄνδρες ἀθλιωταῖοι τὸ  
 δουλῆν πνέειν*.) Nonnulli copiosi patrimonij  
 prærogatiua sese aliquos esse existimantes,  
 in medium prodibunt pro isto deprecatores,  
 &c, vt Interpres inquit, *πρὸ πλούτου  
 τῶν δούλων καρπούμενοι*, vt diuitiarum fructū  
 existimationem sibi deberi censentes &  
 postulantes. πὶς autem Græcis *ἐπὶ τῆ  
 μάχης* accipitur, hoc est, οὐ γὰρ τυχόντων εἰς,  
 nō vnus quiuis: id quod etiam *πρὸς λεπτινῶν*  
 annotauimus. Sic Luc. in Act. Apost. cap. 5. *πρὸς γὰρ  
 τούτων ἦν ἡ μάχη* ἀπὸ τῶν λέγων εἶναι πᾶσι  
 αὐτῶν.

*οὐτε γὰρ μὲν ὀπίλων ἔστι σωτεργαῖοι μόνον, &c.  
 οὐτε γὰρ τῶν ἡλικίων ἔστι νεώτατοι.* De infinitiui  
 natura quod nō modò accusatiuum, sed etiā  
 ante se nominatiuū poscat apud Græcos,  
 vel in contextu orationis existentem, vel  
 subauditū, vide Cōment. Bud. cuius rei  
 exemplum hic etiam est: vtroque enim casu  
 in eadem sententiā vsus est, vbi vel *αὐτῶν*  
 subaudiendum, vt sit *αὐτῶν ἔστι σωτεργαῖοι*,  
 & *αὐτῶν ἔστι νεώτατοι*. vel, ab accusatiuo  
 præcedente infinitiui ad rectum transit, ex  
 natura verbi substantiui. quale est illud  
 Ciceronis ad Qu. fratrem libro 3. Multa sunt  
 quæ ego nescire malo, quàm cum aliquo  
 periculo fieri certior. Similius tamen  
 Græco illud Lucani, Tutūmq; putauit, iam  
 bonus esse focer. Plura vide in Comment.

*καὶ ἀδροπίωνος.*

**L**ibani<sup>9</sup> qui argumenta orationum  
 Demosthenis cōposuisse creditur, in eam  
 orationem quæ *καὶ ἀδροπίωνος* inscribitur,  
 duo Athenis consilia fuisse tradit, quas  
*βελῆς* appellant. Vnum perpetuum, quod  
 de cædibus iudicabat, & huiusmodi rebus,  
 in eo loco qui Areopagus dicitur, quasi  
 vicus Martis. Alterum quotannis immutabile,  
 quod rempublicam constituerebat, & Quingen-  
 tenarium vocabatur. Tres autem erāt  
 inter hæc duo differentia, quarum prima  
 secundaque iam dictæ. Tertia, quod Quin-  
 gentenarium, certo ac statuto numero  
 hominum constabat, Areopagiticum verò

non item. Magistratus enim illi qui No-  
 uemviri dicebatur, aut etiā Sexviri, id est,  
*δισμοδίη*, prout alij alio modo tradūt, in  
 Areopagi consilium quotannis adoptari so-  
 lebant, proptereaque; Areopagita certo nu-  
 mero circumscribi non poterant. The-  
 smothetarum autem magistratus apud A-  
 thenienses annuus erat. Hi antequam ad  
 magistratum illum assumerentur, de omni  
 retrorsus vita acta causam dicere solebant,  
 & vt ita dicā, de moribus, actionibusque;  
 suis in disquisitionem vocari, iudiciorū-  
 que aleā subire. Quod si ne sic quidem vl-  
 lam dedecoris labem perpetua innocen-  
 tia contraxisse videbatur, tum demum ad  
 magistratum illum Thesmothetæ assumbatur.  
 Deinde anno vertente magistrat<sup>9</sup> ge-  
 sti denuò causam dicentes, si tum quoque  
 innocentes vsquequaque apparuissent, ad  
 Areopagiticum cōsiliū cōscribebantur. Are-  
 opagiticum verò, inquit, interdum in  
 summo reip. discrimine ad administratio-  
 nem reip. euocabatur. Plura de Areopago  
 & Areopagitis vide in Annotationibus in  
 Pandect. vnde hæc transcripsimus.

*πρὸς τὸν μὲν οἱ πρὸς ἀδρόντες τῆς βελῆς.* Verba  
 sunt accusantis rogationem Androtionis,  
 qui quum esset *ὑπὸ τῆς τῆς βελῆς*, tulerat vt  
 curia corona donaretur, ob id quod ipse eā  
 commodè consuluisse populo Atheniensi  
 diceret, populūque; eam rogationem iussit.  
 Primum, inquit, huius autor suasorque *ψη-  
 φισματός* princeps Senatus præsidēque po-  
 pulum in suffragium miserunt, atque; vnū-  
 quenque; suffragio suo censere permiserunt,  
 rectè necne curia eque; republica cōsuluisse  
 videretur, eoque nomine coronā meruisse.  
 Qui si nec petēdū id à populo existi-  
 mabant, nec dignam curiam quæ eo præmio  
 donaretur, de eoque vtique populum rogare  
 non oportebat ab initio. *δραχειροτόντων* ergo  
*διδόναι* dicebant, pro eo quod est populum  
 in suffragia mittere, hoc est, rogationem,  
 vel rem de qua cōsulitur, populi suffragiis  
 permittere. Hoc *ψήφον ἀναδιδόναι* Plutarch<sup>9</sup>  
 in Graccho dixit. Atque huc pertinent,  
 quæ de duplici curia Atheniensium, vna  
 Areopagitarum, altera Quingenaria, *ἡ  
 πεντακοσίων* à Budæo referuntur in Com-  
 ment. vbi ea requirit diligens Lector, si-  
 quidem ad innumera Demosthenis loca  
 adprimè faciunt.

*εἴτ' ἔπι τούτοις, ὡς ὅτι ἐν ἑαυτῶν ποιεῖν.* Dein  
 de tāquā quiduis ei liceret facere. Synopé  
 & Phænostratem mulierculas quidē pro-  
 stātes pignorat, sed quæ nullā collationē  
 deberēt. *ἐνεχράσται* & *ἐνεχράσταις* nō modò  
*ἐνεχρα* λαβεῖν significat, hoc est, pignora ca-  
 pere, quod prætor iubere solet, sed etiam

ὑποθήκῃ, id est, pignori opponere. Quod autem dixit, ὡς ὁποιῶν ἐξὸν ἑαυτῷ ποιεῖν, tanquam sibi ipsi quicquid libet, liceat: ἑαυτῷ pro αὐτῷ positum est, id quod apud alios etiam scriptores reperitur: quemadmodum ediversò relatiuum pro reciproco. Vtriusque exempla vide in Comment. Bud.

οὕτω δὲ ἔστιν ἀναιδής ὡς ἐν δήμῳ θεωρώντας ἀεὶ κατασιδάζων ἑαυτῷ τὴν τῆς γραφῆς. Id est, huius certaminis prolusiones sibi præstruens ad populum. Apud Græcos θεωρώντες præludia pugna dicebantur, ut excursiones ad prælium laccendum. θεωρώντες etiam vocabantur orationes vel altercationes quæ habebantur apud Thesmothetas, quæ erant præiudicia ad causas. Thesmothetarum enim erat iudicia constituere & actionem dare, id est, τὸ εἰσαγγῆν τὰς δίκας, ut tradit Interpres Demosth. ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνῳ. Plutarch. in Pomp. ἐγγράφῳ ἢ αὐτῷ τῷ δίκης θεωρώντες: ἐκ ὀλίγοι πρὸς τὴν κτήρησιν. Ex Annotat. posterioribus in Pandect. vbi plura.

ἕκαστος ἀντὶ γραφῆς ἐμελλεν εἰσεγγεῖν τῷ εἰσνευμένῳ. Vnusquisque futurus erat antigrahus eorū quæ in publicū conferebantur. Observatores enim tribunorum ærariorum, quos nunc Cōtrarotulatores dicūt, ἀντὶ γραφῆς dicebātur à Græcis, actaque eorum ἀντὶ γραφῆς, quasi cōscripta. nos antigrahus appellare possumus. Cicero custodes appellat in Oratione pro L. Agraria contra Rullum, & de reditu suo, & Ulpianus lib. 3. de administ. tutorum. Plura in Annotat. in Pandect. prioribus.

καὶ ἀεισηκῆτος.

**E**X Orationis huius argumento à Libanio scripto intelligimus, Charidemum quendam socialis exercitus ducem, de populo Atheniensi egregiè meritum esse, ob idque ciuitate donatum. de quo etiam huiuscemodi rogatio lata est, factumque plebiscitum autore Aristocrate, εἰς τις ἀποκτείνῃ χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω ὅς ἀπάσης τῆς ἀθηναιῶν συμμαχίδος. εἰὰ δὲ τις τὸ ἀγώγιμον ἀφελῆν ἢ πολίτης ἢ ιδιώτης, ἕκαστος εἴστω: Qui Charidemū occiderit, eum in nexum abducere ius esto, ex omni loco, vrbe, agro, populo Atheniensi fœderato & socio. Qui autem huiuscemodi necis perpetratorē in nexū abducentem prohibuerit, ipsūmq; abductum vi exemerit, seu ciuis, seu priuatus, fœderis iure careto. Hoc priuilegium ut iniquum & aduersus leges latū Euclycles Demosthenis verbis accusauit, ob id quod Charidemum eo honore indignum esse diceret. Erat. n. id psephisma velut quoddam fatellitium publicè Charidemo decretum. Et hoc quidem loco ἀγώγιμος (de quo etiam πρὸς Νικόστρατον) dictus est is, in

quem manus iniectionis & ptehsionis ius est iis, ad quos iniuria pertinet, etiā indicta causa, id quod vt perperam factum Demosthenes accusauit, vel Euclycles potius cui oratio scripta est ab Oratore, ἀλλ' ἀελλῶν, inquit, δίκῃ ὑπέχεν, ἀγώγιμον δὲ δὲ, ἐπεὶ σὲ καὶ παρθεῖς τὸ διαεισηκῆτον ἐν τῷ νόμῳ δικαστήριον, ἀφελῆν τοῖς ἐπαμπασμοῖς παρέδωκε. Ex eodem more lex addictorum, nexorumque manauit ad Romanos, cuius multa mentio apud Liuium. Ex Bud. Comment.

συμβέβηκε γὰρ ἐν τούτῳ αὐτοῖς μὲν ἀντιπάλοις εἶναι τούτοις, ὑμῶν δὲ ὑπερχεῖται καὶ θεωρημένῳ. Inde cōtigit, vt tres illi reges inter se hostes esset, vos autem vt ipsi colerent & obseruarent. Id enim significat θεωρημένῳ.

Ἐστὶ δὲ τὸ κατασιδάζω αὐτοῖς, τὰ θεωρήματα αὐτὰ κτηρηρεῖ. Res ipsa indicat ex cōposito factum esse & structum quod dico. Est enim κατασιδάζω fraus, commētum, molimentum subdolum, actus commentitius & falsus. Dicitur κατασιδάζω ab eodem in Oratione κατὰ προχρησίου. quanquam & in bonam partem accipitur.

εἰὰ τις πνὰ τῆς ἀνδροφόνων τῆς ἐξεληλυθότων, ὡν τὰ χρέματα ὀπίματα, &c.) Si quis quempiam eorum qui propter cædē in exilium abierunt, duntaxat quorum bona lege non notata sunt, ultra fines Atticos persequatur, aut fert, aut agit, æqua multa plectitur, atque si infra fines nostros id patrauerit. ὀπίματα χρέματα vocat lege non notata, hoc est, quæ in iuris legūque præsidio sunt, sicut contra ἄπματα dicuntur, in quæ cuiuis volenti invadere licitum est, eaque diripere, vt etiam alibi dictum est. Sicut ὀπίματος ἀνὴρ, vir integræ conditionis ac famæ. Porro ἀγειν καὶ φέρειν idem est quod populari & expilare, quod Liuius de bello Macedon. Latinè sic transtulit: Tum demum fracta pertinacia est, vt ferri agique res suas viderunt. Idem Demosthenes explanans illa legis verba suprā citata, εἰὰ τις πνὰ τῆς ἀνδροφόνων, &c. lex, inquit, ad eos pertinet, qui ob cædem non voluntariam solum verterrunt. τὰ τῆς δὴλον; τὰ τῆς ἐξεληλυθότων εἰπεῖν, ἀλλὰ μὴ περὶ δόταν, καὶ τὰς διορίζεν ὡν τὰ χρέματα ὀπίματα, τῆς γὰρ ἐν θεωροῖας δεδῆται τὰ ὄντα. Quī tandem id planum fit? nempe tum ex eo quod eorum quempiam dixit, qui finibus egressi sunt, tū quia definiuit quorum quidem bona integra conditione manserunt, ac sine legis nota. Nam qui ob consultum homicidium vrbe excesserunt, eorum vtique bona publicara sunt, id est, lege publicari iussa sunt.

καὶ φέρειν εἰς αὐτὸν αἰδέσταις πνα τῆς ἐν χρεῖ τῆς πεποιθότος. Extorrem esse quoad vsq; aliquē exorarit gentilium mortui. dictum est alibi,

bi, t  
du  
d  
p  
enim  
x  
pro  
p  
ris  
ei  
p  
cont  
tas, i  
vt si q  
scrip  
scribe  
nus l  
thym  
dissim  
quale  
etiam  
vitiol  
lippu  
κα  
πια  
& pal  
prou  
tium  
Liui  
ni, c  
Hin  
ceps  
quam  
bone  
αἰ  
πας  
amic  
opes  
tia co  
z  
fione  
τα  
δ  
man  
id  
cum  
prim  
re an  
bant  
μ  
Bon  
iudic  
publ  
solu  
de li  
ex G  
Ann  
ei  
φ

bi, tam exorantem quàm exoratum ἀδιδά Græcis dici.

οἱ γὰρ ἐν δωρεῶς ἐποίησαντο τάξει τὸ τούτων μεταδιδῶναι. Id est, muneris vice & loco. id enim τάξις significat Græcis. Sic τάξιν ἐπέχειν πινός, loco eius haberi, in Pandect. Et pro eodem, ἐν μέρει dixit in hac eadem, οὐ πίνῃ ἐν ἀδικήματος μέρει, id est, non scelestis loco duco.

οὐ γὰρ εἶπεν πρότερον μὴ καὶ νόμοις ἐπαράχθῃ, οὐ δὲ τὸ ἐμιμήσω. ] Non enim si quid vnquam contra leges factum est, idque tu es imitatus, iccirco te conuenit pœna liberari. Nā vt si quis eorum damnatus esset, tu hæc nō scripsisses: ita damnatus si tu fueris, non scribet alius. Citat hunc locum Quintilianus libro 5. cap. 14. vbi optimum esse enthymematis genus dicit, cum proposito dissimili, vel contrario, ratio subiungitur, quale etiam hoc Demosthenis est. Citatur etiam sæpe hic locus aduersus eos, qui se vitiosa consuetudine defendi putant. Philippus Melanchthon Dialect. lib. 3.

κατέρραξε δὲ εἰς τὸν δάλασσαν, ἀπαντὰς ἰσπρίας ἔχων καὶ ψελίς πνας. ] Hoc loco & actiue & passiuè accipi potest verbum κατέρραξε, prout distinxeris, vel ante ἀπαντὰς accusatiuum, vel post eum. Sic erumpō agmen. Liuius: Occursantes per obliqua montani, erupto medio agmine viam infedere. Hinc καταρραξίς, locus abruptus, & præceps in flumine, vnde aqua ruit potius quàm fluit, vt cataractes Nili apud Strabonem lib. vlt.

εἶθ' ὅν ὀρεῖται ἐκ ποροσπαγωγῆς ὑμῖν φίλον, καὶ ὀπως αὐ, &c. ] Itane verò quem videtis vobis amicum sensim fieri, & prout in crescere opes vestras arbitratur, ita vos beneuolentia complectentem, & reliqua. ἐκ ποροσπαγωγῆς ergo aliquid fieri dicitur, cum accessione fit sensim crescente.

πρὸ δὲ φέρωνται, ἢ ὅν ὀρεῖται ἐξ ἑστῆν εἰπὲν τὰ λόγον μεταστώαι. Reo autem licet cum primam orationem habuerit, solum vertere, id quod vetare nec accusatoris, nec iudicum potestas est. Licebat enim reis post primam actionem exilium sibi consciscere ante iudicium peractum, idque appellabant exilij causa solum vertere, μεταναστεύειν, μετακίσειν. Liuius de Decemuiris loquens, Bona Claudij Oppiique, qui ante diem iudicij vitam in vinculis finierant, tribuni publicauerunt. Collegæ eorum exilij causa solum verterunt, bona publicata sunt. Vnde liquet hoc etiam Romanis, vt cætera, ex Græcorum legibus translatum esse. Ex Annotationibus in Pandect.

εἰς τὸν αὐτὸν καὶ μὴ μετακίσειν τὰ φέρωνται, &c. Quod si vel lapidem, vel fustē,

vel quiduis aliud inanimatum, quod cadis causam præbuisse dicatur, scelestum est causa à domino indicta damnare atque auferre: profectò longè scelestius est, hominem in fontem quidem illum; si casus ita tulerit, sed tamen (vt fontem nunc esse faciamus) hominem, eandem fortè nobiscum humanitatis conditionem sortitum, sine iudicio atque indefensum temerè ob huiuscemodi causam dedititium facere. ἢ πού γε pro multò magis dixit, què admodum & alibi ἢ πού sine γε. Lys. καὶ τοὶ εἰ ἀγρόεατος ἀπέθανον, ἢ πού ἀγρόεατος γε δικαίως ὑποθνήσκονται. Idem Demosthenes in eadem inferius, εἰ καὶ τῶν ἀδρόφρων τῶν ἡδὴ κεκλιμένων τὸσάυτη ἀπουδὴ γίνεται, ἔπος λόγου καὶ κείσεως τὸ δέχονται καὶ τῶν ὑστέρων ἀπίων, ἢ πού καὶ γε τὸ εἰ ἀλωπότης, μὴτε ἐγνωσμένου πότερον δίδρακεν ἢ οὐ, πάνδερον γράφειν ὡς ἐκδοτέον τοῖς ἐγκαλούσιν καὶ δίκης. ] Hic nimirum, vtique, & profectò significat, hoc est, ὄντως πού & longè vtique grauissimum est de homine nec damnato, nec conuictò, huiuscemodi legem ferre. Quæ significatio proximè ad superiorem accedit, hoc sensu: Si enim tantopere cautum est de manifestis cædis, atque etiam damnatis, vt pro futuris criminibus iudicio legitime constituto causa dictione non careant: profectò causa est hæc, quamobrem perquam iniquum esse censeatur, id de hominibus integræ famæ sancire, vt indicta causa accusatoribus tanquam dedititij tradantur ad supplicium.

καὶ πμορεῖται.

**K**αν ποσούτω ῥῆθόν ὅστιν ἰδίᾳ τῖνας διεραπείδι. ] Cum interim procliuus sit quosdam priuatiuè colere, quàm iura vestra tueri & defenditare. Est enim ποροσπαγωγὴ τὸ ἐμπεσεῖν ἰσχυρῶς, καὶ βοηθεῖν τοῖς ὀπλοῦν. vt ὑπὸ σφαίου etiam dictum est.

ἤφισμα εἶπεν εἰ ὑμῖν ἀριστοφῶν, ἢ ἰδίᾳ ζητήτας. Aristophon tulit ad populum, populūque sciuit, quæsitores residuarum pecuniarum creati, apud quos, vt quisque quempiam nouerit quippiam residua habere pecuniæ, aut sacra, aut publicæ, ita deferre primo quòque tempore debeat. ὅστις ergo quidam intelligunt publica, non tamen sacra, & rectè, vt ex hoc loco apparet. Et alibi, τὴν μὲν δὲ ἰκνησιὴν καὶ τὴν ὀσίαν intellexit administrationem sacrarum publicarumque rerum.

ἔδωκε γινώσκων, ὑμᾶς μὲν εἰσπράττειν τοῖς τῖν ἐραρχοῖς. ] Censuit ille, vos quidem de illa pecunia Trierarchos appellate debere, & cum ipsis experiri. Iphis autem Trierarchis eo nomine subsidiariam esse in eos petitionem, ad quos pecunia peruenit:

Quòd si ea de re controuersia suboriatur, iudicium inter eos ita constituere, vt qui in eo iudicio victus fuerit, in eum multa dicatur reipub. Est autem ἀναφορὰ ius referendæ quæstionis aduersus alium quempiam, quàm quocum iudicium prius agitatatum est. Recursum saluum forensis turba vocat, id est, ius referendi controuersiam non victori, sed alij. Interpres Demosthenis eo in loco *δικασίας* nomen certæ actionis esse dicit, quod mihi non satis probabile visum est. Demosthenes *δικασίαν* & *ἐπιδικασίαν* pro eodē accepit *πρόσ μακάρτ.* hoc est, pro petitione hereditatis, & bonorum possessione petita. Bud.

*τοῖς δὲ νομοθέταις ἐστὶ ἐκ τῶν ὁμωνόμων τὸν ἡλιαστικὸν ὄρκον.*] Id est, *δικαστικόν.* nam vt *ἡλιάζειν* non solum apricari significat, sed etiam *ἐν τῇ ἡλιάᾳ δικάζειν* (*ἡλιάξαι* γὰρ τὸ μέγιστον δικαστικὸν ἀθλίησι, quod sic dictum est, quia sub dio apricantes iudices solebant) ita *ἡλιαστικὸς ἀπὸ τῆς δικαστικῆς*, & *ἡλιαστικὸς ὁ δικαστικὸς.* Erat autem maximum iudicium Athenis, vt subsellia Romæ. In eo enim iudicia publica exercebantur. Idem infra in eadem, *καθ' ἑαυτὸν ἐὰν τις ὀφείλων τῶν δημοσίων, ἡλιάζειται,* id est, inter iudices magni iudicij sedeat, &c.

*καὶ πρῶτον μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐποίησαν διαχειροτονίας.*] Leges hanc disceptationem arbitratus nostri fecerunt, vtum lex noua ferenda sit, an iam latae sufficiant. Hoc loco *διαχειροτονία* est diiudicatio, & *διακρίσις* τῆς ἐν πλείθει γυρομένης χειροτονίας. Et in eadem, *χειροτονήσασιν τοῖς νομοθέταις* dixit, pro *ψηφίσασασιν*, verba legis recitans, *ὅποτι ἐστὶν δὲ ἀπὸ τῶν νόμων χειροτονήσασιν οἱ νομοθέται, τῆς πρὸς κώριον ἐστὶ,* vttram legem probarent.

*ἵνα εἰδῆτε ὅτι πάντα σωταξάμενοι.*] Id est, omnia ex composito fecerunt, atque de industria. Sic Aeschin. *ὅτι ὡς ἀποριστὸς σωταξάμενοι ἡμῶς αὐτοῖς,* ita inter nos comparauimus & constituimus.

*καὶ ἐνταῦθ' ἀπαλλάξῃ πρὸς τὸν ἐπιστάτην.*] Id est, *καὶ ἂν δευθεῖρη τὸν ἐγκείμενον καὶ κατήροον.* Est enim ἀπαλλάττω *placo*, & munere corrumpro.

*καὶ εἰ πινὶ τῶν ὀφειλόντων τῶν δημοσίων.*] Verba sunt legis, ex quibus verbi *προσημαίνω* vsus & constructio facile est percipere. Quòd si quis, inquit legislator, eorum qui reliqua, aut res alienum quouis modo contraxerunt, aut pecuniæ damnati sunt, aut legis sanctione, aut plebiscito nexu multatus est, aut posthac ea de causa nexum inibit, licere ipsi aut cuius eius nomine prædes dare atque expromissores reipublicæ eius summæ quam debet. Est igitur *προσημαίνω* multare, cum datiuo & accusatiuo, cuius

exempla Budæus adducit in Comment. & hinc *ἐπάγειν πύημα*, agere ad pœnam, apud eundem alibi. *καὶ πύημα ἐπάγειν ὅτι καὶ ἄπο πύου,* hoc est, & actionem pœnarum intendere ad id quod pendere eum oportet.

*ὅτι τῶν τὰ μισθώματα μισθουμένων, καὶ τῶν ἐγλυωμένων τὰς προξείας.*] Id est, redempturas facientium, vel, qui spondent opera perfectum iri, quæ redemptores conduxerunt faciendæ. De verbo *μισθούμαι*, conduco faciendum, vt redemptor, & conduco vectigalia, item *ἐγλυάσαι*, vide Comment. Bud. Idem Demosthenes alibi, *ὅτι ὁπότεν ὀφείλων, ἢ δέρος μισθώσιντο ἐκθερίσαι.* Et aliquantulum infra in eadem, *καὶ εἰ πινὲς ὀφλήκοις χημήματα, καὶ δεσμοῦ προσημαίνου ἀποτοῖς, ἐγλυτάς κατήσασιν, καὶ τὸ τούτου νόμον μὴ ἐστὶ τῶν διεγλυήσιν αὐτοῖς,* huius lege negabitur illis, vel cum sponforum fide extra vincula esse, hoc est, *δὲ τῶν ἐγλυήσιν ἀφίσις καὶ ἀπαλλάξῃ.*

*ἐστὶ αὐτῶν ἢ ἄλλω.*] Licere illi aut alij eius nomine, hoc est, *δέξιναι.* Quod Cicero vt alia plurima Græcorum, imitatus est pro P. Sextio: Quem enim deprecari esset, quum omnes essent sordidati?

*διαφέρει δὲ πύ, &c.*] Crimini dat aduersario, quod τὸ ὀφειλόμενον, ἀπὸ τῆς τὸ γιγνώμενον scripserat, ac si diceret, Quid tandem autem hoc atque illud interest: nempe quod si iste legislator scripssisset, sponforem dare debitorem publicum, qui solutum iri expromitteret litis æstimationem iustam, quantumque ius æquumque foret, his verbis eas quoque leges comprehendisset, quibus legibus nomina publica, decupla interdum dupla fiunt. accusat enim Orator legem vt perperam ac captiosè latam, in fraudemque reipub. Vbi notandum τὸ γιγνώμενον ἀργύριον ἄπο πίνειν esse, quod Latini rectè restituere dicunt. Lilius: Quòsque quòque oportebit, rectè restituito. Et rectè præstare Vlpian. rectè dare Cicero ad Atticum. Cæterum *πύημα* etiam hoc loco significare potest αὐτὸ τὸ προσημαίνω δὲ τῶν ἰσθητικῶν, hoc est, quod multa nomine propter moram soluendi irrogatum est. Dicebant enim, *ἕως αὐτὸ ἄπο δ' ἀδελφίμου ἀργύριον, κατὰ τὸν τῶν χημῶν ἀπάντων τὸν δεινείσαντα,* quoadusque probam pecuniam reddiderit debitor, fœneratorem in possessione esse bonorum omnium, vel, pigora omnia obtinere debitoris creditorem. *χημῶν* enim appellatione tam mobilia scilicet que mouentia, quàm immobilia continentur. quemadmodum apud Ciceronem & Iurecoss. pecuniæ vocabulo hæc omnia comprehenduntur. Fortunæ enim hominum *χημήματα* sic Græcè dicuntur ab

utilita-

utilitate, vt Latinè bona & facultates. Ex Comment. Budai.

προσλήθει τοῖς νόμοις, καθ' οὓς τὰ μὲν δεκάπλῃ. ] Id est, eas, vtique leges comprehendit, secundum quas leges damnatio interdum in decuplum, interdum in duplū fit. Cæterum τὸ ἑξαπλάσιον τιμῆμα cum dicebant, hoc significabant iudicatum quod ius poposcerit, æquitasque suaferit. In hæc autem verba concipiebant eam satisfactionem, qua iudicatum solui dicitur.

καὶ καταγινώσκω δεσμὸν τῆς ἀκοσμουύτων. ] Id est, eos qui imminente expeditione munus suum detractant. Est enim ἀκοσμοῦ, munere meo perperam fungor, vices meas non obo.

δησιάντων αὐτὸν οἱ ἐνδεκα καὶ εἰσαγόντων εἰς τὴν ἡλιάμην. ] Eum vndecimiri in vincula coniiciunt, atque ad iudicium sistunt, ibi quæ volet accusato, quibus quidem lege liceat. Erant autem οἱ ἐνδεκα Vndecimiri capitales Athenis, vt Romæ Triumviri, de quibus in Annotat. dictum est. Quod si superioribus verbis adiiciantur hæc, οἱ δὲ δεκάμυροι ὑπολαγείδω; significabitur, ipse autem reus è vinculis causam dicit. De ἡλιάμη verò & ἡλιάζεισθαι dictum est paulo superius.

οὗτος ἀγροῖς ὀνείδεσι περὶ βάλλων ἐπέειπον. ] Vsq̄ eò turpibus probris hominem induit & implicuit. Aeschines, τούτων ἐκείστις αἰάτοις καποῖς περὶ βάλλων. atque hinc dictum esse illud Ciceronis videtur in Acad. In idipsum se induit quod timebat: hoc est, eo quod vitare cupiebat, reuolutus est.

οὗδ' ἔδ' οἱ τῆς ξυλίας ἀλισκόωλοι. ] Id est, qui peregrinitatis damnati sunt & conuisti. ita enim Græcis ἀλίσκω dicitur, vt ἀλίσκω σε τούτου τῆ ἀδικήματος, huius te sceleris conuincō. pro quo, verbo ἀρεῖν utitur καὶ μείδίου.

καὶ φίλιππον τὸν φίλιππου τῆ ναυκλήρου ἕδον μικροῦ μὲν ἀπαιτεῖν ατατα, &c. ] His verbis significat, secundum actorem propemodum esse iudicatum, qui litem capitali supplicio reo æstimauerat. Reum verò quanquam grandi pecunia litem sibi ipsūm æstimantem, quasi deprecabundū, tamen calculis aut sententiis paucis ab eo abfuisse, vt damnatione ignominiosa pleteretur. ἀπαιτεῖσθαι ergo reus dicitur, qui cum inficiando non sit, crimen eleuare conatur, & pœnam sibi æstimat exilius & leuius. attenuare vulgò vocant, & per extenuationem respondere. Quid autem sit litem æstimare, & litis æstimatio, in Pandectis annotatum est.

οὐκ ἀφ' ὁράνοι τὸ πλῆθος τούτοις τοῖς θεοῖσι δουλόον. Fieri non potest quin, vel, vt non

hæc multitudo seruiat his belluis. De vario & raro tamen huius verbi vsu, vide multa in Bud. Comment.

ἀλλὰ τὸν βίον ὅλον ἡγεδύκηναι. ] ἡγεδύκηναι ἀπὸ τῆς κενυθαρδύκηναι, dixit. ἀγνόςφην enim & neutrorum verborum, & actiuorum significationem habet, de quo vide Comment.

καὶ ἀριστογείτονος λόγος α.

EX hac oratione & Libanij argumento intelligere licet, Græcis ἐξ ἀρεσπόλειος ἐξαλημιδύοις, id est, ex arce expunctos dicit, quos Latini ex arariis exemptos vocabant, quemadmodum & hi in ararios relatos vocant, quos ille ἐγχεραμιδύοις ἐν ἀρεσπόλει, καὶ ὀφλουῦτας καὶ καταδίκους, καὶ ἐζημιωμιδύοις. de quibus vide lectu digna non pauca in Annotat. priorib. in Pandect. de Cenforib.

πάντα οὐδ' τὰ τοιαῦτα ἔδη παρὶδύτας τήμερον ὀρθῶς δεῖ δικάσαι. ] Vos igitur huiuscemodi instituto transmittentes rectè atque ordine iudicare par est, Eunomiam illam iuris amantissimam, vrbium regnorūque columen in primis colentes. Simul inexorabilem illam, augustamque Dicen, quam Orpheus ipse qui sacratissimarum nobis ceremoniarum autor fuit, affessitantem Iouis folio, humanos omnes actus perlustrare oculis ait. Hanc quasi vos omnes (se se quisque) intueri putantes, sic oportet censere iudiciis, idque etiam etiāque videre, ne quid eidem pudendum admittatis, cuius gentilis est vnusquisque vestrum, iudicandi locum quocunque tempore fortitus, si modò iusti & honesti, vtilitatisque politicæ rationem vsquequaque habuerit. Eleganter duas iudiciorum præfides facit, Dicen & Eunomiam. De Dice verò dea, quæ Latinis iustitia est, Hesiodus in Ergis?

ἡ δὲ τε, inquit, παρθεῖν ὄβρι Δίκη, Διὸς ἐκγεγαῖα

κυδινή τ' ἀδύοι τε θεοῖς οἱ ὄλυμπον ἔχουσι.

Et quæ sequuntur.

Eius verò imaginem ex Chrysippi Stoici libris Aul. Gel. transcripsit libro decimotertio. & Homerus Iliad. 16. huius deæ vim esse ingentem ait cuius etiam indignationem in iudiciis spretæ, magnis terrarum cladibus expiari solere. dicitur eadem etiam δημοσιῆ. Cæterum Demosthenes hic iudices iuris & iustitiæ gentiles, id est, cognomines propterea appellat, quod à Dice Dicastæ, vt à iure Iudices dicuntur. Est autem Eunomia, siue εὐνομία, recta iuris legūmque constitutio. Vnde εὐνομοὶ populi dicuntur, qui recta legum, instituto rūmque ratione vtuntur. cui opposita est Dysnomia, peruersa iuris, legūmque con-

stitutio, quam Hesiodus Atæ, id est, offensionis & noxæ contubernalem appellat, *δυσνομίαν ἀτλή, τὴν σκώδεις ἀλλήλοισιν.* Bud. in Annotationibus prior. in Pandect. de iustitia.

*καὶ τὸτ' ἐστὶ νόμος ὃ πάντας προσήκει ἐείδω.* ] Lex est, cui omnes homines obtemperare convenit, cum ob alia multa, tum vel eo maximè, quod Lex omnis, inventum quidem ac munus deorum est, decretum verò prudentum hominum. ad hæc flagitiorum consultorum, inconsultorumque emendatio. conspirantis denique civitatis conventum, ad cuius præscriptum omnes in civitate agentes, vitam instituire par est. Plura de lege ex Aristotele, Cicerone, &c. Bud. in Annotat. prioribus in Pandect. Ad hoc autem, quod dicit *ἐπανόρθωσα τὴν ἀμάρτυρίαν,* alludit Græcum illud elegans distichon in ficarium:

*κλέω με καὶ τὰ κρυπτήν, ὡς οὐδέ τις ἀνδρὸς ὀφείδω;  
ὄμμα δὲ δικῆς καὶ θορᾶ πάντα τὰ γιγνώσκω.*

Me sepelis tanquam nemo conspexerit?  
atqui

Iustitiæ ipse oculus omnia facta videt. Fit huius loci Demosth. mentio in Digest. L. II. de Legib. plura Alciat. lib. 2. Præmissorum.

*τοὺς δὲ πονηροτάτους καὶ τοὺς ἐξαρτίους* ] *ἐξαρτίους* vocat sceleratos ac diros, qui etiam *ἐναγίς, καὶ ἀλιπίοι, καὶ ἐπέρατοι, καὶ τῆ ἀρᾶ ἐνόχοι, ἀλάστορες τε καὶ παλαμναῖοι,* id est, execrabiles, devoti manibus, impuri, & sacri, sanguinarij, ficarij, conscelerati. Aeschines *καὶ κτησιφ. καὶ λιμνῶ ὁ νυῶ ἐξαρτίος καὶ ἐπέρατος ὀνομασμένον,* id est, sceleratus ac dirus portus.

*καὶ ἀφόβου α.*

**I**N hac oratione circumventum se esse Demosthenes à tribus tutoribus dicit, & bona sua fraude eorum suppressa & interverfa, quæ illi pauca à patre relicta esse dicebant, ipse verò ad quatuordecim talenta fuisse contenderat. Statim igitur post narrationem ita inquit, *τὸ δὲ πλῆθος τῆς οὐσίας ὅτι τὸτ' ἔω τὸ καταλειφθέν, &c.* Quod verò tantæ facultates à patre meo relictae, maximi mihi testes iidem ipsi facti sunt. siquidem in classibus ordinandis ipsi pro me professi sunt, ut in vicenas quinas minas quingenas ipsi drachmas conferrent, quantum scilicet conferebat Timotheus Cononis, & ij qui maximos tunc census possidebant. His verbis Orator huiusmodi facere enthymema videtur. Cum nomine meo tutores ipsi mei in classes divitum relati, & tantum conferre professi sint, quantum qui plurimum planum sit me quoque divitem ab eis æstimatum.

Deinde recitatis testimoniis ita subdit *δὴλον ἔστι τοίνυν καὶ ἐκ τούτων ὅτι τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας. πεντηκόντα τάλαντων ἢ ἑξία τάλαντα ἡμῶν ταύτων ἡξίου εἰσφέρειν τὴν ἀσφοδάν.* Id est, Manifesta est igitur per ea quæ audistis relictarum mihi fortunarum copia, siquidem quindecim talentorum censum tria talenta, collationem pro me profitemdam censuerunt. Ex duobus his locis collatis intelligendum relinquitur, quod Demosthenes de sex millibus talentum dixit, de mille ac ducentis dixisse. & quod illi quinque talentis censi in capita dicuntur, ex æquatis tenuiorum cum copiosorum fortunis, ita intelligendum, ut quinta tantum parte bonorum censi essent, ut Demosthenes facultates suas quindecim talentum fuisse ex eo argumentatur, quod tutorum professione pupillari nomine facta, tribus talentis census sit. Qua ratione & ditissimi cuiusque substantia censebatur, ea lege ut hæc conferre teneretur, si ratio ita posceret belli administrandi. Hoc est enim quod dixit, in vicenas quinas minas, quingenas drachmas conferre, hoc est, quintum quæque denarium, ut more nostro loquar. Viginti quinque enim minæ duo milia & quingentas drachmas valent, sic fit ut sex milia talentum ad triginta milia crescant: ne temerarium sit quod Demosthenes dixit, de pecuniarum copia, quæ Athenis erant, & intelligimus immunem plebem esse inopem. quod confirmari & certius constitui ex oratione eius pro Ctesiphonte potest, in qua se rem trierarchicam lege lata præclare constituisse gloriatur, ut in eadem annotatum est, eo loco ubi ait, *τοὺς ἑπιερχοῦς ἀνείδω ὅτι τὴν ἑξία, &c.* Budæus libro quinto de Asse.

*καὶ οἱ τὰ μέγιστα κτησιφύοι πικρὰ εἰσέφερον.]* *πικρὰ* dixit *ἀπὸ τῆς πικρίας.* Est autem ἡμῶν census. unde *ἑξία τάλαντων, ἢ ἑξία τάλαντα* dicunt, hoc est, classes. Circa finem autem huius prima *καὶ ἀφόβου,* ubi dicit, *εἰ ἀπὸ τῆς οὐσίας με εἰδὼ. ὅ μὴ γήροισι, τὴν ἐπιερχίαν ὀφλήσω, μὴ εἰς τὸν. καὶ τὸτ' ἔω τὸ καταλειφθέν, &c.* *πικρὰ* appellat litis æstimationem hoc est, decem talenta quæ à tutore petebat, tantum enim fuisse tutelæ suæ censum aiebat, hoc est, tanti se censum sub tutoribus. cuius sexta pars *ἐπιερχία* ab eo dicitur, hoc est, centum minæ. decem enim talenta sexcentas minas continent. quod verbum etiam libro quinto de Asse interpretatum est in mentione census Demosthenis facultatum. quem locum si cui adire vacet, superiora verba Oratoris facillè intellexerit. Est enim *ἐπιερχία*

*βύλα* sexta pars estimationis litis, pœna calumnioli actoris in iudiciis ignominiosis. Vbi autem legitur, *καὶ τοῦτο μὲν ἐὰν καταψηφισθῆτε πικρὸν*, fortasse *τούτου* legendum in genitiuo, hoc sensu: quod si hunc in estimationem litis damnaueritis, non ex sua pecunia iudicatum facturum est, sed ex mea, quam ipse domum suam auertit. Et cum mihi minor sit census eius summæ sexta parte, non modò paternis bonis euersus, sed præterea ignominia notatus ero propter famosum iudicium, & ob id quod facere iudicatum non potero. Vbi rursum *προσηπιωμῶν* dixit à *προσηπιωσῶν* verbo, quod est, præter cætera incommoda, infamia etiam notari, vnde *ἀπμοι* ignominia notat dicuntur. Sequitur autem, *τὰν ἐπιγὰ ἀπὸ τῆς καὶ ὅσα ἐὰν ἀργά*. Vbi notandum *ἀργὰ χρηματα* dici, sicut & *δάνεια ἀργά*, quæ compendium nullum vsurarum afferunt, hoc est, *ἀίργα καὶ κήρυγα ζόδια*. contra verò *χρηματα ἐπιγὰ*, quæstuosæ fœnūsque pensitantes pecuniæ, Latinis pecunia fœnore occupata. est enim *ἐργον* lucrum, vt in hac eadem, *τὸ δὲ ἔργον τοῦτων τῶν χρημάτων πενήκοντα μναὶ τὸ ἐνιαυτὸ ἐλάσει*. hoc est, quæstus & vsura, & *πίκος*, vt supra dixerat. & rursum *καὶ πέντε ἐστὶν ἑπιγὰ πέντε ἀπὸ δέκατ' ἀπὸ τῶν τῶν λόγον ἀπὸ τῶν ἐπιγὰ πέντε ἑπιγὰ πέντε ἢ τὰς χίλια δπο λαβεῖν ἀπὸ ἑξῆς σου τοῖς ἐργοῖς τοῖς χρηματέοις*; An potius æquum esse contenderet, sortem vsurâsque legitimas à tutoribus se accipere?

*οὐ γὰρ δίδοντες τοῦτου σίτου τῆ μητρὶ.*] σίτος est annua pensitatio ad alimentum viduarum & pupillorum, quæ dabatur à curatoribus bonorum, vel à viris vxoribus repudiatis. cuius rei exemplum est in oratione *καὶ ἐπιγὰς*, vbi & de *κυρίοις* dicitur. Meminit Harpocration. hinc *σίτου δίκη* appellatur rei vxoriæ actio.

*τὸ μὲν τοι προσηπία τῶν τῶν ἐπιγὰ ἐργὰ λαβῶν.*] Verùm iste dotem huiuscemodi pacto habuit. quare cum matrem meam vxorem non duxerit, lege quidem iubente debet dotem cum vsuris nouenūm obolūm restituere. Sed fac drachmales tantum vsuras eum debere. has si cum sorte aliquis supputauerit, duodecim annorum spacio tria largè talenta inueniet. Ait patrem suum Demosthenem Aphobo, quæ tutorem sibi dederat, in testamento octoginta minas reliquisse dotis nomine, vt vxorem suam Demosthenis matrem, vxorem duceret: quas cum ille accepisset, matrem tamen vxorem non habuit, vnde debere eum dicit dotem cum vsuris restituere. Summam ergo exactè colligere volens, largè vel prolixè tria talenta dixit,

pro tribus talentis & quadrante, nouem autem obolos pro sesquidrachma posuit, qua ratione sesquicentesima vsura procederet, quam ipse, vt omnino aduersario defensionis ansam præcideret, ad centesimam retraxit. Plura libro I. de Assè, vbi copiosè etiam de vsura centesima.

*σκέψασθε πόσω ὅσον ἀργύριον οὐτοί, &c.]* Considerate igitur quantam isti pecuniâ ex lectariis fabris interuenerunt. Primùm pro forte quadraginta minas pono, deinde per quæstum decennij eorum opificij duo talenta, siquidem duodenas minas quotannis accipiebant eius mercedis nomine, quam serui meruerunt. Quibus verbis enumerat fraudes tutorum suorum, & ostendere vult, tribus propemodum talentis vno nomine se ab eis circumscriptum. atq. hinc apparet, decies duodenas minas duo talenta valere. qua ratione sexaginta minæ centenariæ talentū Atticū faciunt. Eodem pertinet locus superior, cum de vsuris centesimis loqueretur. His enim exemplis & aliis permultis huius orationis, planum fit, quicquid aliqui scripserint de mina Attica, minam tamen Atticam semper centenariam intelligi, & huiusmodi minas sexaginta talentū efficere. Demosthenes enim non modò Athenis & ad Athenienses orationem illam habuit, sed etiam Atticissimè locutus est, vt infra in eadem hac oratione, *ὅστις γὰρ ἐὰν τῶν τῶν τάλαντων καὶ ἑξαχίλια, τοῖς μὲν τρία τάλαντα καὶ διὰ χίλια προσηπία δίδουκε, &c.* Vbi argumentatur ex verbis testamenti patris sui, hoc pacto. qui enim ex quatuor talentis & tribus millibus, his quidem tria talenta & bis millena doti dedit, illi verò septuaginta minarum vsumfructum reliquit, nimirum hunc clarum est apud omnes non à tenuibus fortunis ea legata decerpisse, sed à summa altero tanto maiore atque eo etiam pleniore quàm mihi reliquerat. Quam autem summam his verbis Orator intellexerit, ex narratione eius orationis supra non longè à principio apparet, his verbis, *καὶ κείνῳ μὲν ἔδωκεν ἐν τῶν ἐμῶν ἐβδουμήκοντα μναὶ καρπώσασθαι ποσὺτον χρόνον, ἕως ἀπὸ ἐγὼ ἀπὸ τῆς δουραδίστου, &c.* Et illi quidem (hoc est Therippidæ) vsumfructum ex bonis meis septuaginta minarum dedit, quoad ego inter viros censerer: id est, quoad tutelæ mex factus essem. Demophontem autem voluit apud se sororem meam habere cum duobus talentis. Huic autem ipsi, qui cum ago, matrem meam vxorem ducédam cum dote octoginta minarum reliquit. Ex quibus verbis intelligimus duo talenta octoginta mi-

nas, & septuaginta, id est, centum & quinquaginta minas, tantum valere quantum quatuor talenta & ter millenas. vbi subintelligendum drachmas, vt ex Græco apparet, propter quod millenas pro mille transtuli. Sic fit, vt talentum sexaginta sit minarum, & mina centum drachmarum. minam enim Atticam ad centum drachmas auxisse Solonem, Plutarchus in eius vita tradidit. vtque vbi Græci millia dicunt ex sua persona, drachmarum semper intelligere debeamus. Quod eò perit, quod legitur apud Plutarchum in Pompeio, de vectigalibus Rom. imperij, & in Antonio, de decies sestertio. Quam multus autem Demosthenes in eo loquendi modo fuerit, licet ex eadem oratione perlecta intelligere, cuius loca vertere necesse nunc non habui. Haftenus Bud. de Afse lib. 3.

τούτου τίνειν τὴν ἕξαστον ἔστι πλέον ἢ τάλαντον. ὅν οὐτε αὐτὸν, οὐτε ἔργον μοι δόποφάμουσι. ] Id est, τούτου ἐν τοῖς λόγοις τῆς ἐπιτροπῆς οὐδὲν οὐδὲ ὄλως ἔργον δόποφάμουσι. Est autem verbum ad rationes tutelares pertinens τὸ δόποφάμειν. Idem, θηριαπίδης μὲν οὐδὲ ἐπὶ αἰτίῃ τῶν ἀδραπέδων ἐπιμεληθεῖς, ἐν δὲ ἑκατὸν ἐνιαυτῶν ἀπέφηνε, in rationes retulit, acceptas tutelæ retulit. πᾶσασι μινῶς καὶ ἑκατὸν ἐνιαυτὸν ἕξαστον ἢ ὅσον προσήκει λογίζομεθα. λογίζομεθα & δόποφάμειν pro eodem posuit. Et rursus, ἔργον μὲν οὐδὲν δόποφάμουσι πῆς χρέμασι, nullum quaestum pecuniarum referunt, nullum exhibent fcenus. Δημοφῶν δὲ καὶ προσοφείλοντας ἡμῶς ἐπέγραψε, vel vt alibi, ἀπέγραψε. Vnde τῶν ὄντων δόποφάσις ἐν ταῖς ἀποδόσεσι, adnotatio est bonorum, & commentarius, & recensio, indéxque eorum quæ reperta sunt. Iuriscoss. inuentarium vocant, & repertorium, quod δόπογραφή proprie dicitur.

ἢ τὰρχῆμα ἀναλίσκων δὴφικια. ] τὰρχῆμα appellat τὰ παρῆμα, id est, sortem, & caput vnde fructus & redditus manat, eamque accessionem ἔργον & προσόδον, & ἐπιχερτίαν vocat. Sic etiam accipitur in princ. Olynth. significat etiam sortem vsurarum, & in eadem hæc Demosthenes, κεφάλαιον addidit, τὸ μὲν ἀρχαίου κεφαλαίου τέτρατα τάλαντα, &c. Lysias tamen sine additamento dixit, vt Isocrates, & ipse Demosthenes καὶ διοουσοδ. quare fit, vt quodam modo suspicer illud verbum κεφαλαίου ἐ marginē in paginam irrepsisse ignorantia librarium, vt fit interdum.

ὅσον αὐτοῖς εἰ καὶ μιᾶσιν τὸν οἶκον ἐβούλοντο, δὴ μὲν τούτων τῶν προσόντων. ] Cum interim facile esset ἐ reidibus, siue ab his obuentibus patrimonij nostri, ita vt nihil ἐ

forte absumerent, & vos alere, & munera ciuilia agnoscere, & quæ inde superfuissent, in rem suam vertere. Est enim προσί- ναι etiam quotannis redire & obuenire, vnde προσόδος & προσοδὸς οἰαί. At προσοίειν sibi quaerere est. καὶ χῶσαν autem εἶναι ὡς εἶχε significat loco non mouere, non attingere.

καὶ τοὶ πῶς οὐ δεῖν εἰ ἐτι εἰ μὲν οἰκοὶ τάλαν- τῶν καὶ διτὰλάντων καταλειφθέντες. ] Atqui non acerbum mihi esse non potest, quod cum reliquorum ciuium domus talentares & ditales tutoribus oblocantibus duplo triplōque copiosiores factæ sunt, ita vt dignæ tandem viderentur, quæ muneribus, publicis obeundis adscriberentur, mea autem domus quæ olim trierarchiæ muneri assueuerat & collationibus pensitandis, nunc ne tantulam quidem collationem ferre poterit istorum impudentia. οἶον, id est, domum Oratores Græci pro vniuersis facultatibus & censu accipere solent. quem loquendi morem lingua Francorum refert. Verum ex his verbis intelligimus & trierarchiam, & collationem iisdem capitibus incubuisse, ac ignominiosum fuisse munera ista dispendiosa non obire. Huc etiam pertinet, quod ex hac & altera in eundem oratione colligere possumus, quædam esse bona, quæ in censum non venirent, quæ ἀπέλη, id est, immunia à Græcis appellantur. Quod autem de locatione domum Demosthenes dixit, de omnibus instructis intelligendum est, vt diximus, vt de officinis cum feruis opificibus ex libro quinto de Afse. Quod autem dicit, τίνος δὲ οὗτοι ληροῖσιν ὑπερβολὰς εἶπειν, id est, à quo superari isti possunt dicendi facultate, notanda locutio, οὐδεμίαν λέπω ὑπερβολῶν. Lucian. σέψα- σθε εἰ πνα ὑπερβολῶν ἀδικίας ἀπολέλοιπεν, si quid reliquit sibi quo sceleratior fieri posset ὑπερβάλλω enim τὸ ὑπερέχω καὶ ὑπερβαίνω, excello & supero, ὅθεν ὑπερβολή, quæ ἐλλείψεται. opponitur. Plura vide in Comment. Budæi.

καὶ ἀφόβου β.

Ὅτι δόποκέρυπται τὸν οὐσίαν. ] Id est, φαιε- ρὰ κέρυπται τὰ ὄντα εἰ αὐτῶν. δόποκέρυπται enim καὶ δόποκέρυπται, celo, condo, occulo, hoc est, συγκρύπτω, συγκρύπτω.

μεγάλων ἀναλωμάτων λόγοις ἀπεινώσασθαι. ] Ex hoc loco satis apparet, δόποφέρειν λόγον καὶ λόγοις de priuatis etiam rationibus dici, cum debitor cum creditore, tutor cum pupillo rationes subducit. alibi, vt πρὸς π- μύθων, rationes ad ærarium referre significat.

ποῖ δὲ αὐτὸν ἔραποῖμα εἰπὲν ἄλλο ψηφισαθε. ] Quod igitur

igitur me vertam, si vos aliter de iis iudicaueritis? id est, nisi actione tutelae, qua nunc expertus sum, vicero? an erit mihi vitæ subsidium in bonis & fortunis, quæ in creditum subiecta sunt & supposita? at illa iam eorum sunt creditorum quibus obnoxia data sunt. Suprà autem dixerat, *εἰ δὲ ἴνα μὴ στερηθῶ τῆς δικῆς, ἀπέποσα τὴν λειψυργίαν ὑποθήκῃς τῶν οἰκίων καὶ τὰ μαυτὰ πάντα.* atque hic notandum ὑποθήκην esse pignori opponere, ὅπερ ἐστὶ τὸ δανειζομένου, τὸ πῶς ἐχέουσαν δίδουσαν. ὑποθήκην autem pignori datum accipere, ὅπερ ἐστὶ τὸ δανείζοντος. Et ὑποθήκη, τὸ ὑποκειμένον, id est, pignus. Sic Latinè pignerò & pigneror dicitur, quorum alterū debitoris, alterum fœneratoris est.

*ἄλλοι δὲ ἄποβον ψόδοις ἔπεισαν.*  
**A**λλοι καὶ τῆς ἐπιθήκῃς ἐπέστησαν. Id est, tanti eum damnauerunt, quâti litem æstimaueram, quantumque in libello intentionis scripseram. Significat enim ἐπιθήκῃς præter cætera etiam scriptam actionem intendere, libello actionis genus edere.

*ἐπὶ δὲ τὸ πῶς αὐτὸν ἐξήγησεν, ζητῶν ἐξήγησεν αὐτὸν τὸν πατέρα, &c.* ] Iam verò si rei veritatem reperiri experuisset, seruum me utique exhibere torquendum postulasset, qui testificationes ipsas scripserat? ut si dedissem, veritate per tormenta comperta, nec ius ego in hac causa, nec æquum postulare viderer, qui scilicet ψόδοις ἔπεισαν agerem. Vbi alterum αὐτὸν δυνήσκον, alterum est ὁδὸν ἀποδοῦσαν, notandum etiam ἴνα coniunctionem cum indicatio iunctam esse, ἴνα ἐδοῦμαι, ἀπὸ τῆς ἴνα δόξωμι. præterea ἐξήγησεν est exposcere seruum ad quaestionem, cui ἐκδίδουσαν, id est, offerre & dedere, responderet.

*πίσιν ἢ δέλησεν ἐπιθεῖναι ὁδὸν ἀποδοῦσαν.* ] Ad hæc mea mater in me sororémque meam, quos solos liberos habet, quorumque gratia vitam viduam traducere sustinuit, iurandum concipere non recusauit, eiusque rei causa, nos in medium produxit atque iudicium. est enim πίσιν ἐπιθεῖναι, iurare, fidem dare, hoc est, κατ' ὄμνησιν, in capita liberorum iurare. id quod fiebat, tacto eius capite in quem iurabant, ita se sacrare caput eius diis inferis, deuouereque significantes, si peierarent.

*νῦν δὲ ἐπιθήκῃς με πείσας ἀρχινέω καὶ δρακοντίδῃ.* ] Nunc verò cum à me contendisset & imperasset, ut Archineo & Dracontidæ arbitris disceptationem controuersie permetteremus, postea compromissum soluit, quippe qui ex ipsis compromissariis audiisset, se si iurati arbitrari cogerentur, sententiam non secundum eum laturos. ἐπι-

θροπὴν compromissum vocat. ἐπιθήκῃς enim est compromissum pacisci, hoc est, vnum aut plures causæ disceptatores facere, alioqui iurisdictionem eius rei non habentes. Arbitri autem, id est, διαπται, iudices erant, per singulas tribus lecti numero quatuor & quadraginta. Moris autem erat, ut inquit Demosth. Interpres, in locum certum arbitros conuenire, copiamque sui facere & præbere cuius queribundo, ut si ipsi sordidè vel ambitiosè, vel offenso animo arbitrio abusi essent. in promptu responderent ei, qui se ab eis damno affectum esse conquereretur. δίδουσαν id dicitur, & δίδουσαν δίδουσαν, in omnèsque magistratus valebat. Cicero rationem vitæ & magistratus gesti, aut curationis actæ repositi, Latinè vocat. ἐδει γὰρ πάντα τοῖς τὰ κοινὰ διοικήσαντας, δίδουσαν δίδουσαν τῶν πεπραγμένων, id est, acta sua probare magistratibus & populo, syndicare vernacula lingua dicitur. Verum quoniam οἱ διαπται minora negocia administrabant, ideo ab iis ἀδιδουσαν incipiebant. Erant autem annui iudices οἱ διαπται. Sunt qui tradant διαπταις iudices quosdam fuisse, ad quos homines litigaturi controuersiarum suarum disceptationem ex compacto deferebant, apud ordinarios iudices ambigere nolentes. Huiusmodi autem arbitros sexagenarios aut paulò minus esse oportebat, à quibus ij, qui iudices dicuntur, appellabantur, si sententia videbatur iniqua. Quoniam autem ab iis autoribus, quos legere mihi cōtigit, hoc non satis liquidè traditur, id addam, quod sentio. διαπταις enim duorum generum fuisse, ex Demosthenis lectione collegi, hoc est, ἀρετοῖς δικασταῖς, ad quos litigaturi disceptationem controuersiarum conferebant, κατ' ἐπιθροπὴν τῆς δικῆς, ut hoc loco Demosthenes: & ab huiusmodi compromissio vel arbitrio recedere licebat, duntaxat re integra: id quod ἀφείναι διαπταιν vel ἐπιθροπὴν dicebatur. Alterum genus arbitrorum, τοῖς καὶ κληροῖν διαπταις appellabant, qui non electione litigantium, sed sortito arbitrandi potestatem habebant, & ij erant annui magistratus, τῆς δίδουσης ἐπιθροπῆς, ut supra dictum est. Et ut Romæ ex decuriis Prætor iudices iudiciorum publicorum sortiebatur, ita Athenis ex decuriis tribuum arbitri sorte dabantur ad causas priuatas diiudicandas. Vnde post illa verba, τούτοις μὲν ἀφῆκεν ἀπέσας αὐτῶν, ὅτι εἰ μὴ ὄρκου διαπτήσουσι, καταγνώσονται τὴν ἐπιθροπὴν. statim subdit, ὅτι τὸ κληροῖν δὲ διαπται τῶν ἡθῶν, &c. οἱ δικασταὶ δὲ ἀκούσαντες εἰς οὓς ἐφῆκε, τὰ ἅπαντα καὶ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῶν διαπται τῶν αὐτῶν ἐγνώσαν, καὶ

*δέμα τα λάττων ἐπίησαν.* i. Ad arbitrum igitur forte datum, quum venisset, nec diluere obiecta posset, damnatus est ab arbitro. Iudices porro ad quos ipse ab arbitris prouocauerat, cum causam cognouissent, eadem ipsi quoque cum arbitris compromissariis istius amicis, cum ipsoque forte dato arbitro pronuntiarunt, vel, cum arbitro atque eius amicis, ut compromissariis censuerunt, litemque homini talentis decem aestimauerunt. Atque hinc intelligitur Aphobum vnum ex tutoribus decem talentis damnatum tutelæ iudicio, quanti scilicet Orator litem illam in intentione libellari aestimaret. Quæ verba leguntur corruptissimè in libris quidem impressis, sed ea nos sic emendanda affirmamus: Quoniam igitur litem talentis decem, id est, minis sexcentis aestimarat, *ἐν τῷ ἐγγλίματι τῶν αὐτῶν*, id est, in libello intentionis actionis, idem centum se minis, id est mille aureis nostris periclitari cum infamie nota dixit, quæ sexta pars est æsti-

mationis litis. Cæterum Plutarchus diuitem patrem Demosthenis fuisse dicit, & in copia bonorum septem annos natum filium Demosthenem reliquisse, *ὅσοι λειψθεὶς εἴ' ὁ δημοσθένης ὑπὸ τῶ πατρὸς ἐπ' αἰτίας ἐν δὲ πορείᾳ, μικρὸν γὰρ ἀπέλιπεν ἢ συμπάσαι πηνησι αὐτῷ τῆς οὐσίας προσηγάγετο ταλάτων, ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων ἠδικήθη.* Relictus autem à patre Demosthenes septennis in abundantissimo patrimonio, (ut quod omnibus supputatis paulò minus quindecim talentis aestimaretur) à tutoribus per iniuriam fortunis euersus est, cum partem bonorum eius in rem suam verterent, partem per incuriam perderent, ita ut ne præceptoribus quidem eius mercedem docendi soluerent. Quindecim talenta nouem millia aureorum nostrorum valent. Ita quæ summa Romæ post spoliatum orbem, à Romanis, Aesopi patinam æquare non potuisset, Athenis diuitiarum nomine censebatur. Ex commentariis Budæi, & lib. 5. de Asse.

Hactenus collectis in Demosthenem Annotationibus, amice Lector, quantum in præsentia licet, vtere ac fruiere. Nam & aliarum quæ in reliquis Orationibus pertinent edendarum occasionem nobis fore propediem, superis bene fortunantibus speramus, vnà cum Harpocratonis Lexico, & locorum quorundam varia lectione, ad vetustissimæ exemplaris collationem à D. Petro Danesio, Ioannis Sphyractis industria nobis & impetrata, & (quanquam id quidem serius, extrema quippe iam manu imposita operi) transmissa. Interim autem ignosces, arbitror, non immeritò nobis: qui si quid hinc est delicti, committere ausi sumus, magnorum etiam in literis virorum exemplo freti, quibus imperfecta edere nostro ferè seculo peculiare est.

CASTI-

